SVMMARIA.

1 L.2.tit.2.lib.7. Noua Collect. Reg. cum l.1.titul.9.lib.3. nou.collect. Reg. & cum l.1.tit.15.libr.4. eiuſdem nouæ collect. Reg. concordia, & intellectus.

Priuilegia, & conſuetudo immemorialis concilijs populorum competentia eligendi Rectores, & iudices, an ſint valida, & ſeruanda? d.n.1. per totum.

2 Conſuetudo in electione officiorum publicorum ſeruanda eſt, dummodo viles perſonæ non eligantur.

QVAESTIO LIV.

In l.2.tit.2.lib.7. Nouæ Collect. Reg.

1 QVæro circa legem ſecundam, † tit.2.lib.7.noua collect. Reg. de eius intellectu, & concordia cum l.1.tit.9.lib.3.noua collect. Reg. & l.1.tit.15.lib.4.ſupra. Hoc enim noſtra præſenti lege cauetur: Que ſea guardado a las ciudades, villas, y lugares de eſtos Reynos el fuero, vſo, y coſtumbre, y algunas de ellas cartas y priuilegios eſpeciales de los Reyes que han tenido de elegir Regidores, Iurados, eſcriuanos, y Fieles, Mayordomos, y otros oficiales, que acoſtumbraron a elegir, y los ayan, y tengan, como ſiempre los tuuieron, con que no ſe entienda en las Alcaydias, y Alguazilazgos y Merindades, que el Rey ſuele proueer, y no las dichas ciudades, villas, y lugares. Et ita videtur hæc lex expreſſe probare, non valere conſuetudinem, etiam immemorialem, nec etiam Regia priuilegia, in qua exſiſtant eligendi præd. officia iuſtitiæ, nempe: De Alcaydias, y Alguazilazgos, y Merindades: quando quidem hoc excipitur a regula præcedenti, in qua conſuetudo immemorialis eligendi alia officia præcipitur obſeruari, vt patet ibi: Como ſiempre los tuuieron, & priuilegia Regia, & exceptio debet eſſe de regula, l.nam quod liquide. cum ſimil. ff. de penu.leg. & illa verba, Con que no ſe entienda, ſunt qualificatiua, atque reſtrictiua præcedentium. Ergo in eadẽ ſpecie loquuntur, & ſic non obſtante conſuetudine immemoriali, vel etiam priuilegijs Regiis contrarijs. Lex vero præfata, l.1.tit.9.lib.3. probat expreſſe contrarium, in verſiculo: O ſi algunos ſennores, o ciudades, o villas lo ganaſſen por tiempo, ſegun lo diſpone la ley que hizo el Rey Don Alonſo nueſtro progenitor en las Cortes de Alcala, que eſta en el titulo de las preſcripciones lib.4. Nam cum dict. l.1. in principio ſtatuiſſet: Que todos los juzgadores para librar los pleytos, ſean pueſtos por mano del Rey, y que no les pueda poner otro, ſaluo los Emperadores, o los Reyes, o a quien ellos lo otorgaſſen, a dieſſen poder ſennalamente. Excipit etiam ſtatim, quod prædiximus, ſcilicet: O ſi algunos ſennores, o ciudades, o villas lo ganaſſen por tiempo, ſegun lo diſpone la ley que hizo el Rey Don Alonſo, quæ eſt dict. l.1.tit.15.lib.4. Quæ tamen tantum loquitur in dominis, qui ex poſſeſſione, & præſcriptione immemoriali probata cum requiſitis, & ſolemnitatibus legis Tauri, quæ eſt l.1.titul.7.lib.5. poſſident: Qualeſquier ciudades, villas, y lugares, y juridiciones ciuiles, y criminales, y qualquiera coſa, y parte de ello, con las coſas al ſennorio, y juriſdicion anexas, y pertenecientes, &c. Non vero agit de ciuitatibus, & ceteris populis, habentibus conſuetudinem immemorialem, vel Regia priuilegia eligendi præd. officia iuſtitiæ. Hanc antinomiam ita maximam cenſet eſſe Azeuedo, vt cogat eum dicere dari correctionem, aut huius noſtræ legis per alias, aut illarum per noſtram, vel verius, quod hæc lex ſecunda corrigatur per dictam legem primam, tit.9.lib.4. quia licet dict. l.1. ſit antiquior noſtra, cum ſit confirmata, & declarata per Regem noſtrum Philippum ſecundum, vt habetur ſuper ea, nouior eſt illa, quam noſtra.

Tandem ad euitandam correctionem inquit, & affirmat eſſe verius tenendum, quod lex noſtra eiuſque verba declarentur per illas, vt procedat exceptio noſtræ legis in verbis, in principio huius quæſtionis relatis: niſi aliud de conſuetudine habeatur, & quod in hoc caſu ad euitandam correctionem fallat argumentum in contrarium factum, ex regul. dict. l. nam quod liquide, iuxta tradita per Euerardum in hoc ipſo argumento in verſicul. & procedit iſte modus arguendi. In dubio quid dicendum?

Et quidem ſi non haberemus dict. l.1.titul.9.lib.3. noua collectio. Regiæ. maxima ſuppletio videretur præfata: & contra verba mentemque noſtræ legis, vt ſupra perpenſa: Nec multum obſtat dict. l.1. tit.15.lib.4. eiuſdem nouæ collectio. Regia. quia non loquitur in ſpecie noſtræ l. 5. conſuetudinis, vel priuilegij obtenti a populis eligendi iudices Regios, ſed tantum in præſcriptione immemoriali dominorum, ciuitatum, oppidorum, & aliorum populorum, eorumque iuriſdictionum ciuilium, & criminalium: Hoc autem diuerſum eſt a caſu noſtræ legis, quæ tantum loquitur, quoad ius eligendi, & nominandi dictos iudices, & miniſtros iuſtitiæ, remanente ſemper iuriſdictione pro Regibus noſtris: At vero dict. l.1.tit.9. loquitur reſpectu electionis, & dominij præſcriptione in totum pro ipſis dominis, ideo non videbantur hæ leges in ſe contrariæ, ſed diuerſæ.

At cum dict. l.1.tit.9.lib.3. noua collect. Regiæ. expreſſe, & in indiuiduo loquatur in ſpecie noſtræ l. vt patet ex verbis eius ſupra relatis, quæ hic iterum in memoriam reducenda erunt, ſic intelligens nuncupatim dict. l.1. titul.15.lib.4. proculdubio procedit prædicta concordia, & conciliatio vltima noſtri conciuis, quæ etiam ea ratione comprobatur, quia ſi dominis particularibus profieit præſcriptio immemorialis totius contra Regem, vt in dict. l.1.tit.15. & ſic eis conceditur quod magis eſt, cur ciuitatibus, & oppidis denegandum eſt minus, nempe ſola electio, & nominatio iudicum, & aliorum officialium iuſtitiæ, ſi hoc habeant, vel priuilegio Regio, vel conſuetudine immemoriali.

Concludendum igitur eſt, exceptionem noſtræ legis declarandam, & limitandam eſſe per ceteras leges in hoc expreſſas, vt procedat, non ſtante conſuetudine immemoriali, vel Regio priuilegio in contrarium: ſecus alias: Tunc enim ſeruari debebit ipſis populis: Y anſi los mas pueblos de eſtos Reynos tienen derecho de elegir Alcaldes Ordinarios, que conozcan de primera inſtancia, por priuilegio, o coſtumbre, de la qual no deuen ſer priuados: vt per Bobadill. en ſu Politica de Corregidores, lib 2.cap. 16.num.71. & 72. & eundem, alias allegantem, libro 3. cap. 8. numero 47. vbi quod ceſſante dicta conſuetudine, vel priuilegio, concilia populorum non poſſunt eligere miniſtros iuſtitiæ, vt late idem & curioſe, probauit libr. 1. cap. 2. numero 14. poſt Auendan. cap. 1. Prat. ea vero ſtante ſeruanda eſt, vt reſoluimus. † Concluſio 2 namque eſt certiſſima in hac materia, quod in electione officialium publicorum ſeruanda eſt conſuetudo, iuxta text. cum gloſſ. fin. in l. ſuper creandis. C. de iur. fiſci. lib.10. & ibi Platea. num.1. & l. non tantum. §.1. verſicul. nonnunquam etiam longa conſuetudo. ff. de Decurion. l. actuarios. C. de mera actuar. lib.12. Bartol. in l. Magiſtratus. ff. ad municip. Paris de Puteo de ſyndica. verbo, electio. cap 3. incipienti, in officio, numero 5. folio 175. & verbo, conſuetudo. fol. 156. diximus conſil.31. numero 23. cum ſequen. dummodo viles perſonæ non eligantur, vt ibidem late probauimus numero 25. cum ſequen. & nos referens cum aliis idem probat, & ſequitur Bobadill. in dict. ſua Politica de Corregidores, libro tertio, capit. 8. numero 47. ad finem.

SVMMARIA.

1 Alcalde, Iuſtitia, Regidor, ni Iurado, ni Merino, ni Alguazil, ni Mayordomo, ni eſcriuano, de cõcejo, ni del numero, ni otros oficiales, q̃ han de ver hazienda

del

del Concejo no pueden ſer arrendadores, ni recandadores, por mayor, ni menor, ni fiadores, ni abonadores, ni aſſeguradores de rentas de propios, ni concejales, ni de rentas Reales, &c. ſo las penas aqui referidas.

2 Rectores ciuitatum, vel oppidorum an poſſint eſſe fideiuſſores Theſaurarij Regis, qui hoc officium pretio emit a Rege? fundatur prius pars affirmatiua, ſed negatiua probatur, nu. 5.

3 Priuatio non habet locum, niſi in caſibus a iure expreſſis.

4 Extenſio non habet locum in pœnalibus.

QVAESTIO LV.

In l.3. tit.5. lib.7. Nouæ Collect. Reg.

1 QVæro l.3. tit.5. lib.7. noua collect. Reg. cauetur: Que ningun Alcalde, ni juſticia, ni Regidor, ni Jurado, ni Merino, ni alguazil, ni Mayordomo, ni eſcriuano de Concejo, ni del numero, ni otros oficiales que han de auer hazienda del Concejo, no ſean arrendadores, ni recandadores por mayor, ni menor, ni ſean fiadores, ni abonadores, ni aſſeguradores de rentas de propios, y concejales, ni de rentas Reales de las ciudades, villas, y lugares donde tuuieren los dichos oficios, ni de las carcinerias de ellas, por ſi, ni por interpoſitas perſonas ayan parte en ellas, ſo pena, que ayan perdido ſus oficios y mas la quarta de ſus bienes: quam l. & alias ſimiles citat Bobadil. en ſu Politica de Corregidores, lib.3.cap.4. num.35. & cap.8. num.15.

2 An attenta † hac leg. Rectores ciuitatum, vel oppidorum poſſint eſſe fideiuſſores theſaurarij reddituum Regalium, qui hoc officium pretio emit a Regia Maieſtate, necne? Et videtur primo dicendum, id impune licere, cum hæc lex ſit pœnalis, & non loquatur in ſpecie prædictæ quæſtionis. Ergo ad noſtrum caſum minime eſt extendenda, vt in regula odia, cum ſimil. de regul. iur. in ſexto.

3 Secundo, † quia priuatio non habet locum, niſi in caſibus a iure expreſſis, iuxta gloſſam communiter approbatam, in cap. fin. de iure patronat. quam cum aliis probat, & ſequitur Bobadilla, en ſu Politica de Corregidores. lib.3.

4 cap.4.num.44. ad finem. Tertio, † quia in pœnalibus non habet locum extenſio. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrimon. cum ſimil.

5 Nihilominus † contrarium in ſpecie noſtræ quæſtionis probamus, quia hic caſus comprehenditur virtualiter, & literaliter in noſtra lege, ibi: Ni ſean fiadores, ni abonadores, ni aſſeguradores de rentas, de propios, y concejales, ni de rentas Reales de las dichas ciudades, villas, y lugares donde tuuieren los dichos oficios: Sed fideiubens pro hoc theſaurario Regio eſt fideiuſſor reddituum Regalium, quos exigit, & recipit, exigere, & recipere debet, & ſoluere hic theſaurarius noſtro Regi, & perſonis, quibus Regia Maieſtas iuſſerit ſoluendos: Como ſon a los que tienen juros ſobre rentas Reales por priuilegios de ſu Mageſtad, y a otras perſonas. Ergo locum habet in eis noſtra lex Regia, ipſosq; vere, & proprie comprehendit.

Neque obſtant fundamenta contraria, quoniam loquuntur, & procedunt per viam extenſionis, hic autem non fit extenſio, ſed virtualiter comprehenditur noſter caſus ſub diſpoſitione noſtræ l. Ergo & eius pœna locum habet: Et ita cenſeo eſſe tenendum.

SVMMARIA.

1 Habens obligationem publicam macelli, & ſimilium, an poſſit eſſe ſimul Rector, vel Prætor eiuſdem oppidi? probatur pars negatiua.

2 Conductor reddituum Regis, vel concilij, an poſſit poſtea adipiſci, & ſimul tenere Rectoriam, vel aliud officium Reipublicæ? probatur pars affirmatiua: quæ limitatur in caſu, de quo nu.3.

4 El labrador que eſta preſo por deuda ciuil antes del mes de Iulio, ſi deue ſer ſuelto en el, o en los demas en que no pueden ſer preſos los labradores por deuda ciuil, atento a la nueua prematica de los labradores?

QVAESTIO LVI.

In eandem l. 3.

QVæro vlterius † circa eandem legem Regiam, An habens iam obligationem publicam macelli: Como es el obligado de las carnicerias, taberna, o tienda, o el meſonero podra ſer juntamente Regidor, o Alcalde, ſo color de dezir, que no ay en el pueblo quien lo pueda ſer ſino ellos? 1

Et videtur prima facie pars affirmatiua probari ex l. eos. ff. de Decur. præcipue, ibi, nam paucitas eorum, qui muneribus publicis fungi debeant, neceſſario, hos etiam ad dignitatem municipalem ſi facultates habeant, inuitat.

Nihilominus tamen Bobadilla, en ſu Politica de Corregidores, lib.3.cap 4.nu.38. in hac quæſtione contrarium verius determinat, dicens: Que anſi en los pueblos pequennos, como en los grandes, no deuen en vna perſona concurrir los dichos oficios, aora ayan tomado el abaſto antes de ſer Regidor, ora deſpues de ſerlo, parezca neceſſario que lo tome: porque como incumbe a los oficiales del concejo ſer veedores, y cenſores de los obligados, mal lo ſeran de ſi miſmos, y de ſus compañeros: y anſi pareciendo ſer neceſſario que la tal perſona ſea baſtecedor, menos inconueniente es, que dexe de ſer Regidor, o Alcalde, pues aura otros que lo ſean, que no que dexe de ſer obligado, ſino ay quien pueda ſerlo: iuxta l.20. titulo 3. & noſtram legem tertiam, titul.5. lib.7. huius Nouæ Collect. Reg. præmaxime in ciuitatibus, & oppidis populoſis, in quibus indecens eſt, quod homines viles habeant officia publica, & honorabilia: vt late probat idem auctor. dict. lib.4.cap.8.num.6. cum ſequentibus. Sed & eandem ſententiam latiſſime iure probauimus in propriis terminis multo anteaquam ille conſilio 31. per totum, & iuxta eam cauſſam de facto contingentem decidimus in iudicio, ſententiamque noſtram executioni mandauimus non obſtante appellatione ab ea interpoſita, & quamuis in Regali Cancellaria Granatenſi actum fuerit de reuocatione attentatorum, nihilominus pronuntiatum fuit hoc locum non habere, vt ibi latius retulimus. Eſt igitur veriſſima prædicta ſententia, & quam pluribus iuris fundamentis probata, quæ hic iterum referre non oportet, cum communiter, & paſſim noſtra prædicta conſilia præ manibus habeantur.

In redditibus vero Regijs, † vel conciliorum, & communitatum diuerſa militat ratio: Y anſi ſi vno es arrendador de eſtas rentas, y deſpues le renuncian, o compra vn Regimiento, o le elijen para otro oficio del Ayuntamiento, o ſiendo Regidor, o Alcalde ſucede en el arrendamiento, bien podra acepta el tal oficio, y ſeruirle ſin dexar la renta, ni incurrir en la pena: porque quando hizo el arrendamiento no era Regidor, y ſiendo Regidor no hizo el arrendamiento. Et de iure qualitas excludens, vel admittens aliquem, debet tempore actus interuenire, l.2. §. aduerſus. ff. ne quid in loco publ. quem text. ad hoc expendit Bartolus, in l. quo minus. quæſt.5. ff. de flumin. idem in l. impuberem. ff. de falſ. Auendan. cap.12. Prat. num.13. in 2. part. & in c.23. num. 7. in 1. part. Mexia ſup. leg. Tolet. in 4. fundament. 2 part. nu.16. Et in terminis ita tenet, & probat Bobadilla, dict. lib.3.cap.4.num.39. dicens: Que anſi abſoluio a vn eſcriuano a quien ſe hizo cargo, que auia arrendado ciertas rentas de propios antes de ſerlo, aunque duro el arrendamiento deſpues ſiendo eſcriuano. Pero no alega a Auendaño, que tuuo 2

primero la miſma opinion, in cap. 19. Prat. num. 13. ibi, *ex quo ſequitur in 2. part.* dicens in propriis terminis, quod ſi iam erat arrendator, debuit dicere conductor, (*Porque es vocable barbaro* arrendator) nõ prohibetur vti arrendatione, hoc eſt, locatione, quia facilior eſt retentio, quam acquiſitio, *vt in l. fin. ff. unde lib.* & cauſſa de præterito inſpicitur, & quia noſtra l. Regia prohibet conducere illum, qui eſt officialis, & ſic tempus verbi inſpicitur; & qui prohibentur, debent habere qualitatem tempore ipſo, quo conducunt, *argumento l. 2. C. de excuſat. tut. & notat Bart. in dict. l. impuberem.* Item quia licet Decurio prohibeatur conducere redditus ſuæ ciuitatis, non tamen prohibetur retinere, vt dicit eſſe tex. expreſſum *in l. Decurio. ff de Decurion.* & ibi ſunt concordant, & quia multa prohibentur a principio, quæ poſt recepta permittuntur. Et licet Azeuedo *in l. 4. nu. 29. tit. 5. hoc lib. 7.* hoc non reputet vſquequaq; firmum, propter leges noſtras Regias: Ego vero ex eiſdem reputo verum, cum ipſæ hoc non prohibeant, ſed tantum quod vidimus, nempe: *que ningun Regidor, &c. ſea arrendador, &c.* & ſic quod ille, qui iam eſt Rector, non poſſit conducere redditus Regios, vel concilij, vel eſſe fideiuſſor eorundem reddituum. Ergo poſſunt retinere conductionem antea factam, cum de hoc leges non loquantur, neque id expreſſe prohibeant: alias enim rigidiſſimum eſſet, & ſine lege condemnare in amiſſione officij, & quartæ partis bonorum, *a aquel que antes de ſer Regidor fueſſe arrendador, o fiador de rentas Reales, o concejales.*

Y aunque parece que tiene inconueniente, que ſiendo eſcriuanos, o Regidores, y juntamente arrendadores de las dichas rentas las pagaran muy mal, y podran hazer algunos fraudes, y coluſiones, y finalmente parece, que en eſte caſo tambien milita la razon de la prohibicion de nueſtra ley tercera con las ſemejantes, y ſu intencion, que fue de remediar, y proueer a lo ſuſodicho: pero como quiera que nueſtras leyes ſolamente prohiben a los juezes, y miniſtros de juſticia, Regidores, eſcriuanos, y perſonas del Ayuntamiento, que han de ver hazienda de concejo, arendar rentas Reales, o de concejo, directe, o indirecte, fiar, ni aſſegurar, no ſe puede, ni deue eſtender a los que antes de tener eſtos oficios eran ya arrendadores, o fiadores, ſin fraude, ni cautela: porque ſi la ley lo quiſiera, lo expreſſara, y dixera, que no auia dificultad en declararlo: y pues no lo declaro, ni dixo, no lo quiſo: argumento l. vnicæ. §. ſi ad deficientis, cum ſimilibus. C. de caduc. tollend. *Mayormente para condenar a vno en penas tan graues, no auiendo ley que lo diga: y al primer inconuiniente, que fue dezir, que pagaran muy mal las rentas, teniendo juntamente ambos oficios, ſe reſponde, que las juſticias los apremien con rigor a que paguen.*

3 Limitari tamen merito debent ſuperiora: † *Quando las dichas rentas Reales, y concejales para el anno, o annos ſiguientes que reſtan por cumplir, y correr del arrendamiento, ſe ouieſſin de tornar a pregonar, y arrendar cada anno, como algunas vezes ſuele hazerſe, quando queda abierto el remate: porque en eſte caſo militan los dichos inconuenientes, de que por reſpecto del Regidor, o eſcriuano, o otro miniſtro de los prohibidos, que tienen la renta, no ſe pujaria, ni afiancaria como ſeria razon: y anſi parece que comprehende eſte caſo la prohibicion de nueſtras leyes, pues la cauſſa de ella, y el miſmo hecho dura, y permanece, como lo apunto, y afirmo con ſeguridad Bobadilla,* vbi ſupra d. lib. 3. c. 4. num. 39. ad finem. *y a mi no me deſcontenta eſta opinion.*

4 Ex quibus iam deduci videtur: † *Que la prematica nueua de los labradores del anno de 1594. en el capitulo ſegundo, en quanto por el ſe manda, que las perſonas de los labradores no puedan ſer preſas por deuda alguna, que no deſcienda de delito en los meſes de Julio, y los ſiguientes, haſta fin de Deziembre, ſo ciertas penas, no es viſto por eſto mandar ſoltar los labradores que fueren, y eſtan preſos, deſde antes del dicho mes de Julio, en tiempo permitido, en llegando el dicho mes de Julio: porque aunque prohibe la priſion en los dichos meſes de Julio, y ſiguientes, haſta fin de Deziembre, no prohibe la retencion de los que antes eſtauan preſos. y ſi otra coſa quiſiera nueſtro Legislador, lo dixera, annadiendo: Y los que eſtuuieren de antes preſos los ſuelten en el dicho mes de Julio, y ſiguientes, o por lo menos dixera: No puedan ſer preſos, ni lo eſten, que baſtara eſto. Pero no diziendo vno, ni otro, ſino ſolamente, que no puedan ſer preſos en tales meſes, que razon ay para que los preſos en tiempo permitido deuan ſer ſueltos, haſta que paguen? ſiendo como es ley correctoria: y que aunque contiene priuilegio en fauor pio de los labradores, es en perjuyzio de los acreedores, que ſon terceros: y anſi no ſe ha de eſtender a mas de lo que ſuenan las palabras: y del caſo en que habla, porque todo lo demas queda debaxo de la diſpoſicion del derecho comun: y aun que el beneficio del Principe ſe entiende en lo que toca al miſmo Principe: pero en perjuyzio de tercero deueſe interpretar eſtrechamente, como en otras partes lo auemos enſennado, y prouado por derecho, pues no ſe pueden fundar los juezes que otra coſa hazen, y pratican con dezir, que la intencion de eſta nueua prematica, fue de fauorecer a los labradores, y a la labor, para que pudieſſen entender en ella, y no quedaſſe deſamparada en tiempo de coſecha, y ſementera, por el gran danno que dello reſultaria a toda la Republica, y que eſta razon tambien milita en el que eſta preſo antes de Julio. Porque a eſto ſe reſponde, que quando eſta aya ſido la razon de la dicha prematica, como lo parece, eſta reſtringida, y declarada por ella para en quanto a la priſion, que no ſe haga en los dichos meſes de Julio, y ſiguientes, haſta en fin del de Deziembre, y no diſpuſo otra coſa mas de eſto, como conſta de ſu letra: y no lo diſponiendo, ſolamente ſe deue atender a ſu diſpoſicion nueua, y palabras de ella, y no a otra coſa: porque ſeria eſtenderla a lo que ella no quiſo, ni diſpuſo, fauoreciendo en mas contra juſticia a los labradores, de lo que ſu Mageſtad quiſo, y mando por ſola vna ſombra, y imaginacion de cabeça: y anſi entre tanto que ſu Mageſtad, o ſus Tribunales ſupremos no declaran otra coſa, ſoy del parecer dicho, y los juezes inferiores, que por auto proueen lo contrario, entiendo que agrauian a los acreedores: y que en grado de appelacion, ſi ſe llegaſſe a el, ſe deuria remediar: porque que dificultad auia en expreſſarlo la dicha prematica, ſi lo quiſiera ſentir, o diſponer? ninguna por cierto, y antes de la dicha prematica, en todo tiempo podian ſer preſos los labradores, luego guardeſeles lo que aora les concede la ley nueua, que es que en el mes de Julio, y los ſiguientes, haſta fin del mes de Deziembre no puedan ſer preſos: pero eſtando preſos antes en tiempo permitido, no ſean ſueltos no pagando, pues no ay ley que mande otra coſa, y quedamos en el termino de derecho comun antiguo, conforme al qual podian, y deuian eſtar preſos no pagando, o dando orden.* Nihilominus tamen hic Ciuitatenſ. proculdubio iudices contrarium obſeruant, atque conſuetudine ita introducitur, vt quamuis hi laboratores ſint capti, atque incarcerati, tempore permiſſo adueniente, tamen tempore prohibito capturæ relaxantur, data informatione: *De que ſon labradores, &c.* Sed de iure, vbi ſimilis praxis non viguerit, obſeruanda eſt noſtra præcedens ſententia.

SVMMARIA.

1 *Procurator Generalis ciuitatis, vel villæ, qui alias dicitur Syndicus, an poſſit eſſe conductor macelli, hoc eſt:* obligado de las carnicerias, o de otras obligaciones publicas de mantenimientos de la Republica, *& nu. ſeqq. per totam quæſtionem fundatur, nu. 1. pars eſſi ma-affirmatiua, ſed negatiua, vt verior probatur, num. 2. cum ſeqq. & num. 11. & num. 7. quid ſit faciendum docetur.*

3 *Syndici Reipublicæ officium, in quibus conſiſtat, demonſtratur.*

4 *Debitor, vel creditor minoris non poteſt eſſe eius curator.*

5 *L. 3. tit. 5. lib. 7. nouæ collect. Reg. intellectus, & num. 6.*

8 *Procurator generalis (hoc eſt) Syndicus, qui occulte eſſet obligatus:* a algun baſtecimiento de la Republica, *vel partem in eo habens directe, vel indirecte graui pœna plectendus eſt.*

9 *Procurator generalis, hoc eſt, Syndicus Reipublicæ, ſi ante hoc officium habebat obligationem Reipublicæ eſt monendus, vt intra breuem terminum eligat vnum ex prædictis officiis, quo vti velint, quia ambo officia non ſunt ſibi permittenda ſimul: quod ſi poſt officium Procuratoris velit publice eſſe obligatus victualium Reipublicæ, non eſt hoc ſibi permittendum, niſi relinquat prius officium Procuratoris.*

10 El Alcalde, o eſcriuano de ſacas no puede ſer elegido por Procurador Syndico de la ciudad, o villa.

12 *Lex pœnalis quatenus concernit bonum publicum eſt fauorabilis, & ex identitate rationis extendi debet.*

QVAESTIO LVII.

In eandem l. 3.

1 Qværo circa eand. l. 3. tit. 5. lib. 7. nou. collect. Reg. † *an procurator Generalis ciuitatis, vel villæ, qui alias dicitur Syndicus, & aſſiſtit in concilio populi, & poteſt contradicere, quæ viderit agi contra communitatem, & requirere, vt agantur, quæ videntur expedire iuxta Regiam prouiſionem ſui officij, comprehendatur ſub prohibitione, & pœnis noſtra l. nempe, vt non poſſit habere obligationem publicam macelli, nempe: De la carniceria, o otro baſtecimiento.*

Et videtur Primo, non comprehendi, nec in eo locum habere pœnas noſtræ legis primæ, quia ipſa ſolum loquitur in perſonis in ea contentis, & addit: *Y a los que han de ver hazienda del concejo:* Ex quibus verbis videntur ſolum comprehendi iudex & Rectores, qui ſolum habent vocem in concilio, & iure ciuili, & Regio huic rei ſunt deputati, *text. in authen. de collat. §. videamus. verſ. ſed neque Prouinciarum. Lucas de Penna in l. 3. queſt. 8. C. de quib. muner. lib. 10. Auenda. cap. 10. Prat. 2 parte. num. fin. & l. 1. tit. 16. lib. 4. nou. collect. Reg. facit l. 17. titul. 10. part. 7. verſic. Otro tal, &c.* Procurator autem Generalis, vel Syndicus ciuitatis, vel villæ vocem non habet in concilio, ſed tantum poteſt facere, quæ prædicta ſunt, niſi aliud habuerit in mandatis, vel de conſuetudine legitima fuerit introductum. Ergo non comprehenditur ſub prohibitione huius leg. nec etiam iurati eadem ratione, ſcilicet: *Porque no tienen voto en concejo.*

Secundo, & verſic. fin. noſtræ l. 3. ibi: *Pero los otros oficiales que no ſon de los ſuſo dichos, que no han de ver hazienda de los concejos, que puedan arrendar, ſi quiſieren.*

Tertio, quia noſtra l. eſt pœnalis, vt ex ipſa patet ad oculum: *Pues pone pena de perdimiento de oficio, y de la quarta parte de ſus bienes al que lo contrario hiziere:* Ergo, vt talis, & odioſa extendi non debet ad alias perſonas, quã in ea expreſſas. *l. ſi vero. §. de viro. ff ſolut. matrim. l. ſi ita ſtipulatus. 120. §. Chryſogonus ff. de verb. oblig.* ibi *intelligendum eſt, perſonam nunquã niſi expreſſa ſit; reg. odia. de reg. iur. in 6.*

2 His tamen nihilo ſecius † nõ obſtantibus, cõtrarium in his terminis recte probauit Licenciatus Caſtillo Bobad. *en ſu Politica de Corregidores.* lib. 3. cap. 4. num. 41. *Hablando en los procuradores generales de los Eſtados, y Syndicos, Quatros, y los Iurados que aſſiſten en los Ayuntamientos, que no puedan ſer baſtecedores, ni intereſſados en ello, y que incurran en la pena de nueſtra ley.*

Licet † enim hi regulariter vocem non habeant in concilio ad amplius, quod requirere, & contradicere, eorum tamen officia propria, & præcipua ſunt videre fideliter agere, & cenſere, & procurare bonum commune, & in pluribus ſucceſſere in locum defenſorum ciuitatis, *vt in authen. de defenſ. ciuit. per totum, & in l. penult. C. de defenſ. ciuit.* de quorum munere, & poteſtate latiſſime agit Chaſſaneus *in cathal. gloria mundi. 11. par. conſiderat. 5. per totam,* & æquiparantur Rectoribus, vt per eund. Bobadill. *vbi ſupra*, enumerantem plura ſui officii: *Como es, ſi ſe peſſa mala carne, o ſe vende mal pan, o mal vino, o ſi los Regidores con ſus ganados comen los paſtos vedados, o ocupan los terminos, defraudan los propios, o vſurpan los poſitos: y ſi los oficiales publicos faltan, y exceden de ſus obligaciones dan noticia a la juſticia para que lo remedie, y tienen fuerças, y poder en la Republica, como defenſores de ella: y anſi ſiendo ellos baſtecedores, podrian con el poder de ſus oficios cometer exceſſos, y no auria procurador General, que los denunciaſſe por ellos.* 3

Y tambien, porque aſſiſtiendo en el Ayuntamiento donde ſe trata del gouierno de los abaſtos, y obligaciones publicas, del tozino, vino, azeyte, peſcado y otras coſas, y de los precios, y falta, o vicios de ellos eſtando preſente el obligado veria, y entenderia lo que contra el ſe trataſſe y preuenirſeia de lo que a ſu interes conuinieſſe, contra el bien publico, y aunque para tratar eſtas coſas le mandaſſen ſalir del Cabildo, y Ayuntamiento, como a intereſſado, quedaria el Conſiſtorio ſin Procurador General, que en nombre de la Republica la defendieſſe, y zelaſſe, requirieſſe, y proteſtaſſe lo que conuinieſſe, y apellaſſe de lo contrario, y no faltaria otra perſona del Ayuntamiento que le releuaſſe, y dixieſſe lo que de ſu negocio ſe ouieſſe tratado.

Præterea cum publicus conductor ſit debitor Reipublicæ, non poteſt eſſe eius defenſor aut tutor, † Sicut nec obligatus, vel creditor minoris poteſt eſſe eius curator, *vt in authen. vt hi, qui obl. ſe prohi. hab. rei min. in princip. ibi, quid enim homo ad malitiam ſemel deditus non inueniat, vt minorum res proprias faciat? authent. minoris debitor. C. qui dar. tut. poſſ. l. 14. titulo. 16. partita. 6. Bart. conſilio. 148. Gregor. Lopez in dict. l. 14. in gloſſ. deudores. Roland. a Valle. conſil. 83. n. 6. ad fin. lib. 1.* Sed minor, & Reſpublica æquiparantur, *vt per Euerard. in hoc eodem loco ſua centuria leg.* Igitur, &c. 4

Tertio, † quia noſtra l. 3. duo prohibet, primum conductionem reddituum Regalium, & concilii: alterum, *el Abaſtecimiento de las carnes:* ad primum ſolum prohibet perſonas in eas ſignatas, & expreſſas: *Y a los que han de ver hazienda del concejo y anſi a la poſtre dize que los que no han de ver hazienda del concejo, puedan arrendar: pero no dize, que puedan baſtecer: aſſi, que deſto, que es el ſegundo caſo, excluſos quedan indiſtintamente los que aſſiſtieren en el Ayuntamiento, aora ayan de ver hazienda del concejo, o no como coſa que tiene alli trato ſucceſſiuo, y es de cada dia, y de mayor cautela, e importancia,* præmaxime, quod etiam procuratores Generales, Syndici, & Iurati vident rem concilii, ſiquidem præſentes ſunt rationibus concilii, & conductioni eius reddituum, & contradicunt, *lo mal librado.* 5

Quarto, † quia exceptio noſtræ legis, ibi: *Pero los otros oficiales, que no ſon de los ſuſodichos, que han de ver hazienda de los concejos, que puedan arrendar, ſi quiſieren,* intelligitur de aliis officialibus publicis, *como ſon Depoſitario General ſin voz, ni voto, ni aſſiento en Cabildo, y el eſcriuano Real, que no fueſſe del numero, ni del concejo, ni de rentas: y el carcelero, y porteros, y otros miniſtros a quien quadran las dichas palabras, y en quien no limitan las razones de inconuenientes de la prohibicion.* 6

Quinto, quia iuxta omnia ſupradicta negari nõ poteſt, quin hæc duo officia inter ſe ſunt incompatibilia: *ſer Procurador General Syndico, jurado, y baſtecedor* 7

Ergo ſimul, & eodem tempore obtineri non poſſunt, imo: *Ni ſe juntamente Procurador General, o Jurado, y arrendador de rentas Reales, o concejales o fiador, o aſſegurador de ellas: porque al fin todos eſtos han de ver haz enda*
7 *del concejo, y tienen los miſmos inconuenientes:* † *y anſi ſoy de parecer, que no ſe pueden tener eſtos oficios juntamente, porque no ſe compadece bien, ni es coſa conueniente a la Republica, y bien comun della: y que anſi todas las vezes que conſtare, que los tienen, y concurren en el Procurador, Sindico, o Jurado, ſe le mande, que elija vno de ellos, y dexe el otro dentro de cierto tiempo, que para ello ſe le aſſigne, y que, el paſſado, no ſe conſienta tenellos: pero en quanto a las penas que pone nueſtra ley tercera, de perdimiento del oficio y quarta parte de ſus bienes, no la executaria contra el, atento a que no es de los expreſſados en ella: y que es ley penal, y que no ſe ha de eſtender a otras perſonas, mas de las que en ella ſe expreſſan, aunque comprehendiendo a otra virtualmente, ſe podria bien condenar en ellas, ſi contrauinieſſe, alomenos con moderacion, a aluedrio del prudente juez, conforme a la ocaſion que ſuccedieſſe dolo, y culpa del denunciado.*

8 *Y al Procurador* † *Sindico General, o Jurado, o Quatro, que ſecretamente fueſſe obligado a algun baſtecimento, y obligacion de la Republica, o tuuieſſe en el parte,* directe, vel indirecte, *no le dexaria de condenar en muy buena pena, y merece bien la de la nueſtra ley, pues ſe comprehende debaxo de ella, como queda prouado: aunque toda via ſe podria mo-*
9 *derar en algo ſi al juez le parecieſſe.* † *Pero ſi eſtas tales perſonas fueſſen baſtecedores de la Republica, antes de ſer elejidos, o proueydos por tales Procurador General, o Quatro, o Jurado, no ſe les deue conſentir que tengan, ni vſen entrambos oficios juntamente, ſino mandarles, como dicho es, que dentro de vn breue termino eſcojan, qual dellos quieren tener, o vſar, y dexen el otro: y ſi ſiendo Procurador General, Quatro, o Jurado, quiſieſſen publicamente arrendar las rentas Reales, o del concejo, o ſer baſtecedores de alguna obligacion de la Republica, no ſe les deue permitir, ſino es dexando primero el oficio que tenian.*

10 Ex ſupradictis omnibus idem dicerem: † *En el que ſiendo Alcalde, o eſcriuano de ſacas fueſſe elegido por Procurador Syndico General, que no deue ſer permitido, que tenga, y vſe ambos oficios juntamente, porque ſon incompatibles, y mal ſe acuſaria el tal procurador a ſi miſmo de los derechos exceſſiuos, y mal lleuados, en que podria facilmente pecar, y aun andar, y firmar licencias de paſſar coſas vedadas a otros Reynos y hazer conciertos ilicitos, y otros exceſſos, que vemos cada dia cometer eſtas perſonas, alomenos puede ſer que los cometan, luego no ſe compadecen eſtos oficios juntos en vna perſona, ni aun tampoco ſer Regidor, y Alcalde de ſacas, ni eſcriuano dellas: porque,* non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur maieſtas, & amor, *tener vno gouierno, y mando en la Republica, y amor proprio de ganar a ſu oficio publico, no ſon compatibles: porque ha de auer quien le pueda yr a la mano:* & actio, & paſſio non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto. *Y anſi no puede ſer vno juntamente en vn miſmo tiempo procurador General, y Alcalde, o eſcriuano de ſacas: porque como procurador General eſta obligado a denunciar de los exceſſos, y derechos mal lleuados, y hazer que en ello ſe ponga remedio, y como Alcalde, o eſcriuano de ſacas los podria facilmente cometer, y no ſe ha de acuſar, ni ſyndicar a ſi miſmo, ni hazerſe padecer:* Et ita ad hoc obuiandum debet dari terminus competens arbitrio iudicis, in quo habens hæc duo officia, eligat quod maluerit exercere, & alterum relinquat: *Y ſi el eſcriuano de ſacas puede nombrar, y tener teniente, que le nombre, y tenga, y no ſe le conſienta vſar el eſte oficio en ninguna manera, durante el tiempo que fuere tal procurador General:* Et ita ex facto conſultus reſpondi.

11 Conſulto diximus ſupra: † *Que los oficiales de concejo no pueden ſer fiadores de ningun baſtecimiento de la Republica,* quia licet l. noſtra tertia tantum prohibeat: *A los que entran en Regimiento, el ſer fiadores de abaſtos de carnicerias: y anſi parecia, que no ſe auia de eſtender a otros baſtecimientos.* Sed nihilominus idem in omnibus iure optimo probandum eſt, vt ex pluribus probauit Bobadil. *d. lib. 3. cap. 4.* Illa enim expreſſio, *de las carnicerias*, fuit facta cauſſa demonſtrationis, & exempli, vt magis præcipui, non vero vt reſtringeret prohibitionem. Exemplis enim non ſolent regulam arctare. *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de damn. infecto.* Siquidem in omnibus publicis obligationibus, *Como ſon en los abaſtos de pan, vino, azeyte, y peſcado.* militat eadem ratio prohibitionis. † Licet 12
enim ea ſit pœnalis, & odioſa reſpectu perſonarum quibus dirigitur, reſpectu vero Reipublicæ, quæ principaliter in his conſideratur, & inſpicitur eſt fauorabilis, quamuis alias pœnalis, & ita ad alia victualia extendi debet, ex identitate rationis, argumento *l. ſi quis adulterium, 33. ff. de adult.* ibi, *verbis non tenetur.* Sed tamen dicendum eſt, vt teneatur ne fraus fiat, *l. benignius. ff. de legibus. l. hoc modo. ff. de condit. & demonſtrat. ibi, Legem enim vtilem Reipublicæ adiuuandam interpretatione.* Et in terminis hanc regulam conſtituit, & tenet Bart. *in l. quemadmodum. num. 4. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. Decius conſ. 64. num. 2. & conſ. 37. num. 9. Ioſ. in l. ſi filius fam. num. 7. ff. ſi cert. petatur. Alciatus in l. 4. §. Cato. num. 195. ff. de verbor. oblig. Didac. Perez in addit. ad Seguram. in l. Imperator nu. 140. verſ. & legem fol. 126. ff. ad Trebell. Sarmient. lib. 1. ſelect. interpretat. cap. 12. nu. 6. in fin. Menoch. lib. 2. quæſtionum vſu frequen. c. 39. nu. 13. & 14.* quos refert, & ſequitur Bobad. *d. lib. 3. cap. 4. num. 45. ad fin.*

SVMMARIA.

1 *Preconia in locatione, & conductione rerum ciuitatum, oppidorum & populorum horum Regnorum, an ſingulis nouem diebus danda ſint? vel ſufficiant duo vel plura, licet non ſint nouem? reſoluitur, nouem requiri, vt num. 2.*

QVAESTIO LVIII.

In l. 4. tit. 5. lib. 7. Nouæ Collect. Reg.

QVæro circa l. 4. tit. 5. lib. 7. nou. collect. Reg. dum in ea cauetur: *Que quando los bienes, y propios de las ciudades, villas, y lugares de eſtos Reynos ſe ouieren de arrendar, que ſea ſennalando dia cierto por el concejo por pregon publico, quando el arrendamiento ſe ha de hazer, y rematar, pregonandolo por nueue dias, &c.*

An in quolibet horum nouem dierum † *debeant redditus* 1
preconizari ad hoc, vt contractus locationis irritus non ſit, vel ſufficiat aliquibus diebus eorum proclama fieri intra terminum nouem dierum, licet in ceteris eorum non preconizentur.

Et prima quidem facie videtur, minime eſſe de ſubſtantia, quod ſingulis diebus nouem preconizentur, ſed quod ſufficiat interpollatim preconizari, dum tamen per nouem dies dentur preconia publice, & in loco conſueto, vt in terminis, priuatis quibuſdam fundamentis probare nititur D. Azeuedo, *hic num. 16. & 17.* quæ nil vrgent, hoc temperans, dummodo in illis nouem diebus non vnum, aut duo preconia dentur, ſed plura potius, licet non quolibet die preconizentur, vt inquit gl. *Pregonar. in l. 5. tit. 5. par. 5.*

Ego vero contrarium libenter probo, † imo quod 2
ſingulis omnibus præd. nouem diebus debeant preconizari, & ſic quod dentur nouem cõtinua preconia, alias contractus ſit nullus, vt ſi hoc Reipublicæ interſit, poſſit contra eum ex hac cauſſa venire.

Quod primo probatur ex noſtra l. in verbis ſupra relatis, ibi: *Pregonandolo por nueue dias, ſennalando deſpues dia para el remate, &c.* Pro forma namque l. noſtra inter alia

alia requiſita ab ea expoſcita requirit: *Que ſe pregonen por nueue dias.* Ergo ſi forma non ſeruetur corruit actus, iuxta iura vulgaria. Quod autem noſtra l. inducat formam, conſtat ex tenore eius.

Secundo probatur hæc noſtra ſententia ex altera lege Regia noſtræ huic ſimili, nempe, *l. 10. titul. 15. lib. 2. Ord. veteris.* ibi: *Otroſi que las rentas de los propios de los dichos concejos, no ſe rematen, ſin que primeramente ſe traygan en almoneda publica por nueue dias, y ſe ſennale dia para el remate: porque ſi ſe han de traer en almoneda publica por nueue dias, ha de auer pregon cada dia.* Qualitas n. adiuncta verbo, debet regulari ſecundum tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus. ff. de noxal. act.* Ergo illud verbum: *Por nueue dias,* regulari debet ab illo: *Pregonandolo,* de quo in noſtra l. *& ab illo: Se traygan en almoneda.*

Tertio, quia ſi aliud ſufficeret, lex noſtra, aut illa hoc exprimeret, ſicut fecit *l. fin. tit. 21. de las entregas, y execuciones. lib. 4. noua collect. Reg.* ibi: *Y haziendo ſe en bienes muebles, ſe den los pregones por nueue dias de tres en tres dias cada vno: y ſiendo en bienes rayzes, ſe den tres pregones en veynte, y ſiete dias, de nueue en nueue dias cada pregon.* Lex autem noſtra, inquit: *Pregonandolo por nueue dias,* nec deſignat numerum preconiorum dandorum. Ergo per ſingulos dies debent dari, quandoquidem vt non hoc idem in exſecutionibus bonorum intelligeremus eſſe faciendum, d. l. ſi expreſſit, atque diffiniuit, tria tantum preconia eſſe danda, vt retulimus.

Quarto, & vltimo confirmatur hæc noſtra ſententia, quia ſi aliud diceremus in propoſito ſufficere, lex noſtra diffiniret, quot preconia nominatim eſſent danda in termino prædicto nouem dierum, & quando vnumquodque: dicere autem plura quam duo eſſe danda, incertum eſt, atque generale, & tandem ſine lege, cum ita poſſet dici, ſufficere duo, ſicut plura, quia pluralis locutio duorum numero eſt contenta, vt *in reg. iur. cum ſimil.* Præterea liberum eſſe preconia dare diebus, quibus malent Prætor, & Rectores, & horis pro libito. Hoc autem eſſet proculdubio inordinatum, & difforme, atque plerumque in eo fraus facile committi poſſet, cum tamen l. noſtra ordinem certum, & formam in hoc præfigat, quæ ad vnguem eſt obſeruanda.

Denique in terminis ita voluit, aut potius pro conſtituto habuit Auenda. *in 2. part. cap. 12. Pret. num. 2. verſ. ſecundum requiſitum eſt.* ibi: *quod res locanda notificetur per preconium nouem dierum,* & inferius ibi: *Hodie vero ceſſat arbitrium, quia ad minus præcedere debet ſubhaſtatio nouem dierum,* & num. 5. *in princip* ibi: *quintum requiſitum eſt, quod dies, in quo fiat vltima adiectio licitanti, non ſit de dictis nouem diebus datis, & aſſignatis a lege Regni, quibus debent fieri preconia.* Præcipueque procederet hæc ſententia, ſi ita fieri conſueuit, vt vidi fieri in patria, vbi redditus ciuitatis per ſingulos nouem dies præconizantur, cum locantur: nam ſi conſuetum fieri pro forma locationis non fieret, nullius momenti erit locatio, *ſecund. Bart. & Dd. in l. 1. C. de paſc. publ. lib. 11.* quos & alios refert, & ſequitur Auend. *vbi ſup. d. nu. 2. in princ.*

Nec Gregor. Lopez in contrarium allegatus illud tenuit, nec voluit, ſed tantum dixit hæc verba, ſupra verbo. *Faciendo apregonar,* intellige, vt *in l. ordo.* & ibi notat Bald. *col. 1. C. de exequut. rei iudic.* & vide bonam *l. penult. tit. 26. par. 2.* Hoc autem, non eſt contrarium noſtræ ſententiæ, nec in terminis noſtræ legis, ſed illius vbi non aperit lex, quæ præconia danda ſint, nec tempus per quod debeant ipſa dari, ſed tantum dicit; *Faciendo la apregonar;* ſic etiam dict. l. ordo dicit, dio ſubhaſtatas, exponente gloſſ. ibi, id eſt, præconizatas, & vtraque lex loquitur de exſecutione bonorum debitorum, illa Regis, hæc priuatorum, & nihilominus in his certa quædam, ac præfinita præconia a legibus noſtri Regni danda, expreſſa ſunt: At vero in locandis bonis conciliorum per nouem dies dari præcipiuntur per noſtram l. & *d. l. 10.* Ergo differunt per quam maxime ab illis.

SVMMARIA.

1 *Reſpublica, concilium, vel Fiſcus Regius facta locatione ſuorum redituum, an poſſit agere in ſolidum, pro mercede deputata, contra ſocios conductorum? & nu. ſeqq. per totam quæſtionem præcipue, num. 5. cum ſequentib. & quid in negotiatione priuata, num. 7. cum tribus ſeqq.*

2 *Socij gabellarum videntur ad inuicem habere mandatum ad agendum, quando ſunt plures conductores.*

3 *Socijs plurib. alicuius merces, vel mercium exſiſtentibus, quilibet eorum poteſt agere in ſolidum contra debitores eiuſdem mercis.*

4 *Pluribus conductoribus gabellarum exſiſtentibus, non tenetur quilibet in ſolidum, ſed pro virili.*

5 *Conducente quodam redditus Regios, vel alios publicos pro ſe, & ſocijs poſtea nominandis, an illi poſſint in ſolidum conueniri?*

6 *Conſenſus acquirentis requiritur ad acquirendam obligationem, nec ſufficit alieni.*

13 *Socius admiſſus ab vno ex pluribus ſocijs, in ſua parte, non eſt ſocius reliquorum, nec ipſi contra eum actionem habent.*

15 *Colonus coloni mei, non eſt meus colonus.*

16 *Vaſallus vaſalli mei, non dicitur meus vaſallus.*
Libertus liberti mei, non eſt meus libertus. dict. numer. 16.

17 *Angeli doctrina, in l. 1. ff. de loco publ. fruen. intellectus, & nu. 18.*

18 *Conductor principalis poteſt ſublocare in ſua camera, attamen ſubconductores non remanent obligati cameræ, nec creditoribus principalis conductoris.*

19 *Fiſcus, vel camera Regia, vel Concilium, actionem habent contra ſocios conductionis intra corpus ſocietatis, hoc eſt, pro quantitate, quam habent in ſocietate.*

20 *Socius contrahens in re non tangenti negotiationem, in qua eſt contracta ſocietas, non obligat ſocium, & numer. 21.*

22 *Societatis tenor, & obligationis ſociorum inſpiciendus eſt ad ſciendum, an in ſolidum, vel pro parte ex contractu vnius ex ſocijs ceteri remaneant obligati.*

23 *Stipulanti, quod res, vel pecunia ſibi debita alteri ſoluatur, intereſt, vt illi ſoluatur.*

24 *Alteri per alterum olim iure communi non quærebatur actio, vel obligatio; iure tamen Regio bene ei quæritur, & eſt actio directa, non vero vtilis, vt in num. 25. & competit abſenti ius exſecutiuum, ſi alias illud competebat, vt in num. 26. nec requiritur ceſſio ſtipulatoris, vt in num. 27.*

28 *Inuecta, & illata in rem conductam a ſecundo conductore ſunt tacite hypothecata priori domino pro pretio ſecundæ conductionis ſoluendo, non vero ad vniuerſam penſionem totius rei conductæ, & numer. 29.*

29 *L. ſi in l. 27. §. ſi colonus. ff. locat. intellectus, & num. 29. el 2.*

30 *Fructus fundi ruſtici ſublocati, in cauſſam pignoris manent, quemadmodum eſſent ſi primus colonus percepiſſet.*

31 *Pragmatica noua Regia* de los labradores. *cap. 3. declaratur dum præcepit,* que en los frutos de las tierras ſe prefieran los ſennores dellas por ſu renta, a todos los otros acreedores; *vt procedat nedum pro redditu illius anni, ſed etiam annorum præcedentium, & quod œconomus anni præſentis præferatur œconomo anni præcedentis, concurrentibus ambobus ad recuperationem ſuorum redituum, vt in nu. 32.*

QVAESTIO LIX.

In eandem l. 4.

1 QVæro ſecundo circa materiam eiuſdem, l. 4. † *An
Reſpublica concilium, vel fiſcus Regius facta locatione
ſtorum redditũum poſſint agere inſolidum pro mercede depa-
cta contra ſocios conductorum quos ipſi in conductione præd.
in ſocios poſtea admiſſerunt, ſeu nominauerunt?*

Et in hoc Angel. *in l. 1. ff. de loco publico fruen.* tenet in
terminis partem affirmatiuam, quem refert, & ſequitur
Auendan. *1. part. cap. 12. Prat. numer. 15. & 16.* dicens,
2 † quod ſicut ſocij gabellarum videntur adinuicem ha-
bere mandatum ad agendum, quando ſunt plures con-
ductores, & arrendatarij, *vt notat Iaſon in l. ſi vnus. ff. de
pactis. & Petrus de Rabena, in Alphabetic. aureo, in parte
gabella, in fin.* quia ſtatim dicuntur habere ius in rebus, &
redditibus conductis, & tanquam procuratores com-
munes poterunt vti omni iure conciliis, a quibus con-
ducunt, competente, non attento fuerit iam da-
tum mandatum, quod nos vulgo vocamus, *Recudimien-
to*, vt notat Bartol. *in l. in Prouinciali. §. ſi ego. ff. de nou.
oper. nunciat.* Eodem modo ſi aliquis conducit bona a
communi, & illa communicat ſociis ſine mandato Rei-
publicæ, & ſic facit ſibi in illis redditibus, & vectigali-
bus ſocios prout quotidie fit, qui ſolent appellari: *Com-
panneros en las rentas*, Reſpublica poteſt agere ad ſolutio-
nem pretij locationis contra tales ſocios, eodem modo
ſicut agere contra ipſos principales conductores, *ſecund.
Angel. vbi ſupra.* Et eodem modo tales ſocij ſine vlla
ceſſione poterunt agere contra debitores Reipublicæ,
ſic vt principalis conductor, dicens eſſe menti tenen-
dum: & ſequitur ad literam D. Azeuedo, *in hac l. 4. num.
33. & 34.* addens conſilium Petri Anchar. 332. ſed vltra
eos, idem in omnibus probat, & tenet Rebufus *in tract.
de mercator. art. vlt. gloſſ. vnic. num. 25. 2. tom. in conſtitutio-
3 nes Galliæ. pag. 213.* † Vbi quod ſi ſunt plures mercato-
res ſocij vnius mercis, vel plurium, quilibet eorum po-
terit agere inſolidum contra debitores eiuſdem mercis.
per l. ſi vnus. in princip. ff. de pactis. nec poterit ei obijci,
quod non habet mandatum, & ſic quod non poſſit age-
re, niſi pro ſua parte, *ſecundum Iaſ. ibi*, quidquid ſcribat
Bartol. *in l. eandem. quæſtion. 7. ff. de duobus reis.* Et quod
opinio contra Bartolum ſeruatur, ſi is cauere vellit de
rato: ſicut dicitur in mercatoribus habentibus offi-
cium, vel conductionem de publico, quia ſicut ſolent
inſolidum conueniri, ita, & conuenire. *l. 1. cum gloſſ. ff. de
loco publ. fruen.*

4 Rurſus in contrarium facit, † quia plures conducto-
res gabellarum non tenentur quilibet inſolidum, ſed
pro virili, iuxta regulam. *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo-
bus reis. & in l. 1. C. ſi plur. vn. ſent. fuer. condem.* quæ etiam
procedit in publicanis, & vectigalium conductoribus.
*l. aufertur. §. fin. ff. de iure fiſc. l. eum in contractib. C. eod. tit.
Bar. in l. fraudatæ. ff. de iure fiſc. Peregrin. de iure fiſci. lib. 6.
cap. de conductor. & emtor. gabell. & reis fiſc. numer. 36. vbi
num. 37.* quod plures acceſſorie obligati tenentur inſo-
lidum, prout ille tenebatur, & quod ex promiſſionibus
illius ſereniſſimi domini conductores, & caractatores
tenentur inſolidum, vſque ad ſatisfactionem totius de-
5 biti, & quod ita ſeruatur in Camera illa.

Sed in hac quæſtione duæ ſpecies † ſunt conſtituen-
dæ. Prima eſt, quando a principio priuſquam redditus
Regales, vel concilij locentur, ſocietas aliquorum mit-
tit ad eos conducendos, & nomine illius ſocietatis, &
pro illa ſit poſtea locatio, & conductio.

Secunda ſpecies eſt, quando vnus conducit prædict.
redditus Regios, vel concilij & poſtea is ſponte abſque
præcedente nominatione admittit alium, vel alios, in
ſocietatem illius vectigalis, eiſve partem concedit, atque
participes in conductione facit: *A perdida, y ganan-
cia, como ſe dize communment.* In priori ſpecie omnes e-
runt atque ſunt ſocij reſpectu Regis, vel concilij, cuius
ſunt redditus conducti, & tenebuntur inſolidum, nec
poterunt vectigal diuidere inter ſe in eum finem, vt v-
nuſquiſq; teneatur pro rata partis, quam habet, & con-
uentione priuata fruitur, & nõ inſolidum. Regia nam-
que Maieſtas, vel concilium cum omnibus illis ſociis
contraxit ab initio, & ita contra omnes agere poteſt in-
ſolidum, non obſtante priuata conuentione, inter eos
poſtea facta, quæ locatori inuito nocere minime poteſt,
& in his ſociis intelligenda ſunt iura, quæ loquuntur de
ſociis vectigalium Regiorum, *vt in l. licitatio. §. ſocij. ff. de
public. & vectigal. l. ſocietates. & l. adeo. ff. pro ſocio.* & ita
eam intelligunt gloſſ. & Doctores ibidem, hique ſunt
ſocij, quos dicunt Doctores ibi teneri inſolidum, & Pet.
de Vbal. *in tract. de duob. frat. 1. par. prin. n. 4. & in 2. par. pr.
num. 88. Iulius Ferret. de gabell. 3. part. num. 11. & vltima
part. num. 140.* & de re nauali *lib. 5. nu. 32.* Et in terminis
noſtræ prioris ſpeciei, nempe, quod ad hoc vt prædicti
ſocij teneantur inſolidum pro vectigali Regio, ſiue pu-
blico ſoluendo, requiratur, vt locatio fuerit facta omni-
bus ſociis, & ipſi ſocietati, atque pro ea, eiuſve nomine,
probat bene Carol. Ruin. *conſil. 90. num. 7. 9. & 12. lib. 1.
& conſil. 216. nu. 1. cum ſequentib. tit. 1.* & plures allegans,
*argumen. l. ſi ſeruus. §. 1. ibi, ſocietatis nomine. ff. pro ſocio. de-
ciſ. Genuenſ. 14. num. 94. cum ſeq. & Aluar. Vaez. conſul.
98. num. 8.*

Quod adeo procedit, † vt etiam ſi quis conduxiſſet 6
prædictos redditus Regios, vel alias publicos pro ſe, &
ſociis poſtea nominandis, non ſufficeret ad hoc, vt ſocij
poſtea nominati haberentur pro talibus, & ſic non poſ-
ſent inſolidum conueniri, *vt probat Ruinus late dict. n. 7.*
debebant enim nominari in Camera fiſci. *Ruin. d. nu. 9.
& deciſ. Genuenſ. 14. nu. 129.*

Nihilominus tamen verius exiſtimo contrarium d.
ampliationi, & ſic ſufficere conductionem fuiſſe factam
a principio pro ſe, & pro ſociis nominandis ab ipſo, quia
a principio habuit intentum ad hos poſtea nominatos,
& nomine eorum fuit facta conductio, & pro eis, & li-
cet tunc temporis nominati non fuerint, ſed poſtea,
dum tamen ipſi acceptent, nihil intereſt, quia nomina-
tio hæc retrotrahitur, vt perinde ſit, ac ſi ab initio ipſi-
met contraxiſſent, *argumen. l. ſi ita ſcripſero ff. de conditio.
& demonſtration. Iaſ. in l. ita ſtipulatus. num. 6. ff. de verbo.
obligat.* & ita ſolent Florentini contrahere *ſecundum So-
cin. in l. vtrum. ff. quidam. num. 9. ff. de rebus dubiis.* & per
conſequens, vt principales conductores in vectigali
poſſunt conueniri, vt in terminis probat Rota Ge-
nuenſ. *præd. 14. num. 24. & num. 130.* Vbi hoc verum in-
telligit, quando nominatio ſociorum firmiter fit: ſecus
quando infirmiter, *vt ibi per eum*, † Procedit tamẽ quod 7
reſoluimus in dicta prima ſpecie in negotiatione publi-
ca: ſecus in priuata in dubio, quia tunc nõ tenetur qui-
libet inſolidum, ſed pro rata, & portione ſua ſiue æqua-
li, ſiue inæquali, vt tenet Bart. *in l. eandem, quæſt. 7. a num.
9. verſic. ſi vero talem. ff. de duob. reis*, per text. *in l. ſi tamen
plurib. in princip. ff. de exercit. actione*, idem Bart. *in authen.
hoc ita, quæſt. 9. C. de duobus reis, & in l. 1. §. ſi cum l. ſequen-
ti. ff. de exercit.* Et hanc doctrinam Bart. inquit eſſe no-
tandam Bald. *in l. cum te in Gallia, colum. 2. C. ſi cert. peta-
tur, & in rubic. C. de exercit. actione, quæſt. penultim. & in
l. 1. §. ſi plures. 2. ff. eodem, Fulgoſius, in l. ſi vnus in princip. vt
refert ibi Iaſ. num. 1. ff.* de pact. & pulcre Alexan. *conſ. 147.
in princip. libr. 2. & conſ. 139. in princip. lib. 5.* & fatetur eam
eſſe communem Iaſo. *vbi ſupra, in verſicul. idem in duob.
notab. 1.* allegans alios, & perpendens text. ibi pro ea, nec
non & Carol. Ruin. *conſ. 92. colum. 2. libr. 5. & Ronchegal.
in dict. l. eandem, numer. 191.* Qui duo valde dubiam a-
gnoſcunt ſententiam Bart. *vbi ſupra*, & multipliciter
reſpon-

reſpondent ad textum, quo mouetur Bart. *in l. ſi tamen
plures, in princip. ff. de exercit.* Et licet antiquiores, & non-
nulli alii teneant contrarium, eorum tamen opinio non
recipitur, & opinio Bart. eſt communis, & tenenda, *ſe-
cund. Aluar. Vaez dict. conſultatio. 98. numer. 4. & 5.* Et
eſt etiam communis *ſecund. Octauian. Cacher, deciſio.
Pedemontan. 149. n. 7.*

8 Limitatur † tamen hæc Bart. doctrina, vt non pro-
cedat, quando de conſuetudine contraheretur, modo
cum vno, modo cum alio, ſupra re ad illam negotiatio-
nem attinente, quia tunc quilibet tenetur inſolidum a
9 ceſſante ratione text. *in l. ne in plures, ff. de exercitat.* † Vel
ſi ſint mercatores animalium. *ex traditis per Bald. in l. ſi
prædium. col. 4. verſ. ſed pone. C. de ædil. edict. Corſetus
ſing. 165. & plenius præd. exornans Roncheg. in d. l. eandem,
num. 187.* refert & ſequitur Aluar. Vaez. *vbi ſup. numer. 5.
ad fin.*

10 Sed † quando duo, vel plures mercantiam, vel nego-
tiationẽ aliquam gerunt per ipſos, & omnes ſimul ge-
runt aliquem contractum ad illam pertinentem, & hic
contractus celebratur, cum omnibus ſimul, caſus eſt ſi-
ne dubio, quod non tenetur quilibet inſolidum, ſed v-
nuſquiſque pro parte ſua, ex regul. text. *in dict. §. cum
in tabulis ita tenet Aretin. in dict. leg. eandem*; & in hoc
nemo diſcrepat *ſecund. Aluar. Vaez. vbi ſupra nu. 6.*

11 Quod † ſi plures negotiationem aliquam gerant in
diuerſis locis ad communem vtilitatẽ, poteſt vnuſquiſ-
que conueniri inſolidum pro contractu alterius, quia
videntur inuicem ſibi inſtitores *ita Bart. in d. l. eandem
q. 7. n. 9. verſ. aut exercent ſeparatim*, & ibi omnes ſequun-
tur, *idem Bart. in l. ſi tamen plures, in fi. ff. de exercit. & Co-
ſtal. in l. 1. §. ſi plures. ff. eod. titul. pag. 267.* Et probat bene
Aluar. Vaez *vbi ſup. n. 7.* vbi idem tenet, ſi vnus mercan-
tiam lanæ, alter pannorum, vel aliter inter ipſos diuiſe-
runt negotiationem, quia tunc videntur, etiam adinui-
cem eſſe præpoſiti, *vt per Bart. in d. l. ſi tamen plures, in fin.
argu. l. eius qui in Prouincia. ff. ſi cert. petatur.*

12 In † ſecũda autem ſpecie principali ſupradicta, nem-
pe, quando vnus conducit redditus Regios, vel cõcilii,
& poſtea is ſponte, abſq; præcedente nominatione ad-
mittit alium, vel alios in ſocietatem illius conductionis
vectigalis, eiusve partem concedit, atque participes in
conductione facit: *A perdida y a ganancia*, conſtituen-
dum eſt, hunc alium participem ex conuentione parti-
culari poſtea ſequuta, non eſſe proprie ſocium in vecti-
gali reſpectu, nec in fauorem fiſci, aut concilii, ac proin-
de non tenebitur eidem, ſed is ſolum, qui a Rege, vel
concilio conduxit.

Quod primo iuris ratione probatur, quoniam ad
hoc, vt eſſet ſocius reſpectu Regis, vel concilii, & vt ei-
dem teneretur inſolidum, contraxiſſe debuerat prius
ipſe, vel ſaltim ſocius eius nomine ipſius cum Rege, vel
concilio, alioqui ſine contractu præcedente, obligatio
contra eum eſſe non poteſt, ex regula *l. quæcunq; gerimus
ff. de actione. & obligation. & l. 1. ff. ſi cert. petatur.* Ad acqui-
13 rendam enim obligationem † debet adeſſe conſenſus
acquirentis, neque ſufficit alienus, *Iaſ. in l. frater a fratre,
nu. 8. de condict. indeb.* Et quia regula iuris habet, ex con-
tractu vnius alterum non obligari: obligationes namq;
a perſona noſtra debent initium ſumere, *vt in dict. leg.
quæcunq; gerimus*, quam obligatio oriatur ex conſenſu
noſtro, *l. conſenſu ff. de actio. & obligat. l. 1. ff. de pactis*, de-
bet eſſe conſenſus proprius ad aliquem obligandum,
nec ſufficit alienus: diuerſa eſt enim voluntas vnius a
voluntate alterius *vt poſt Azon. in ſumm. tradit Paul. in
rubrica, colum. 1. C. de exercit. & Iaſ. vbi ſupra.*

14 Præterea, † quando vnus ex ſociis alium admiſit in ſua
parte, hic admiſſus non eſt ſocius reliquorum, neque
ipſi contra eum actionem habent, ſed aduerſus ſuum
ſocium illum admittentem. *l. qui admittitur cum ſequen-
tibus ff. pro ſocio.* Vnde dici ſolet, ſocius mei ſocii, ſocius
meus non eſt, *vt ibi dicitur, & in l. conſilii. §. 1. ff. de regul.
iur. facit, l. in lege. §. 1. locat. & l. ſolutum §. ſolutam, ff. de pi-
gnor. actione.*

Sic † colonus mei coloni nõ eſt meus colonus, & id- 15
eo ſi locaui domum alicui, & ille eam ſublocauerit alte-
ri, vltimus conductor non erit meus inquilinus, vel co-
lonus, *ſecund. Decium, & Cagnol. in d. l. conſilii. §. 1. voluit
Bald. in l. 1. n. 4. verſic. quæro teſtator, C. communia de legat.*
Et præd. refert, & ſequitur Guid. Pancirol. *conſilio. 156.
numer. 3.* † Sic etiam vaſallus vaſalli mei non dicitur eſſe 16
meus vaſallus, vt inquit, gloſſ. *in l. Modeſtinus. ff. de ver-
bor. ſignification.* vbi etiam, quod libertus liberti mei, nõ
eſt meus libertus, & in *l. pater duobus ff. de legat. 3. cum ſi-
mil. Alexand conſ. 139. n. 7. volumin. 5.*

Secundo, quia in terminis noſtræ quæſtionis hoc idẽ
probat auctoritate Carol. Ruin. *dict. conſ. 90. num. 7. 9. &
10. & d. conſ. 216. lib. 1. Pancirolus vbi ſupra d. num. 3.* nem-
pe in quodam Bernardino, vt ex ſocietate poſt condu-
ctionem initam cum Pertuſio conductore ſalis non ſit
obligatus Cameræ Ducali, a qua conduxit Pertuſius re-
ſpectu ſalis: Idem probat, & tenet deciſio prædict. Ge-
nuenſ. *14. n. 129. & 130. cum ſeqq.* idem conſtat ex Octaui.
Cacher. *deciſ. Pedemontan. 76. num. 8. & 9.* & ante eos,
idem iure probauit Alex. *conſ. 139. num. 1. cum ſequen. lib. 5.*
nempe, quod ad hoc, vt ex facto vnius ſociorum tenea-
tur alius de iure communi, requiritur non ſolum, quod
vnus ſit præpoſitus ab altero tacite, vel expreſſe, ſed et-
iam, quod ille ſocius, qui contractum fecit, fecerit no-
mine ſociorum, quos creditores, ſeu contrahentes con-
uenire volunt, ex Bald. *in l. iure ſocietatis quæ ex l. ante pen.
ff. pro ſocio. in lectura antiqua.* & eundem Bal. *in l. ſi patruus.
C. commu. vtriuſq; iudic.* Vbi tenet, quod ſi vnus ex duo-
bus fratribus ſociis omnium bonorum conducat vnam
gabellam, & promittat certam pecuniam, alius frater, qui
non conduxit, contrauenienſ non tenetur, quia ipſe nõ
obligabatur ex illo contractu. Eandem partem ſequitur
Stracha *de contractibus mercat. num. 25. in verſ. & illum.* &
plures referens late probat Rota Genuenſ. *vbi ſup. num.
94. cum ſeq.*

Ex † quibus omnibus relinquitur dictum, Ange. *in* 17
d. l. 1. ff. de loc. pub. fruen. & ſequacium tenentium ſimpli-
citer contrarium, quos ſupra in *prin.* allegauimus, ne-
ceſſario eſſe intelligendũ, quando fuerunt ſocii a prin-
cipio, & locatio, & conductio vectigalium fuit facta no-
mine ſocietatis, & eidẽ, vel pro ſe, & ſociis poſtea nomi-
nandis, ſi nominatio fiat formiter, quia tunc retrotra-
hitur: ſecus ſi informiter, vt prædiximus, & ita in termi-
nis Angel. intelligit *deciſ. Genuenſ. vbi ſup. nu. 130.* † Vbi 18
numer. 131. cum ſequent. quod licet principalis con-
ductor poſſit ſublocare inſcia Camera (quod præ-
ſupponit deciſione Pedemontana præcitata) atta-
men ſubconductores non remanent obligati, nec Ca-
meræ, nec creditoribus principalis conductoris: &
quod regulariter ſocii, niſi nomen eorum expendatur,
nõ poſſunt obligari inſolidum, ſed ſolum pro rata, imo
non tenentur in plus quam expoſuerunt in ſocietate,
ſecund. Anchara. Soci. Deci. Pariſ. & Stracham.

Et quod ita debeat intelligi Angel. probatur; quia
ipſe citat dict. *l. 1. ff. de loc. publ. fruen.* quam ibi intelligit
gloſſ. nempe in ſocietate contracta iuxta *l. adeo. ff. pro ſo-
cio.* Hoc eſt, quando locatio a principio ſocijs facta fuit;
quia dum loquitur in ſocio, intelligi debet de eo, qui ſo-
cius eſt, iuxta iuris diſpoſitionem, & in terminis ita in-
telligit *dict. l. 1. Aluar. Valaſ. vbi ſupra num. 8.* nempe,
quotieſcunque plures exercent aliquam adminiſtratio-
nem, quæ eis decernitur a publico, tunc enim vnuſ-
quiſq; tenetur inſolidum. Ergo Ange. fundans ſe in *d. l. 1.*
intelligi debet iuxta Cottam, quam allegat, vt *per Bar. in
l. non ſolum §. ſi liberationis. n. 7. ff. de lib. leg. Hippo. in rub. n. 45.*

ff. de fideiuſſ. Denique dict. l. 1. tantum diſponit, quod ſocio conductoris detur interdictum Prætoris, vim fieri vetantis conductori loci publici, eiusve ſocio, & hoc ideo, quia ſocius vtitur hoc caſu iure conductorum, & ab eo intelligitur habere mandatum, vt tradunt gloſſ. & Dd. *in l. nemo ex ſociis. ff. pro ſocio.* Non vero inde ſequitur e conuerſo, quod ipſe ſocius poſtea admiſſus teneatur, prout non tenetur procurator, nec alia ſimilis perſona.

19 Præterea licet fiſcus, † vel Camera Regia, aut concilium actionem habeat contra ſimilem ſocium, debet tamen hoc tantum intelligi intra corpus, videlicet ſocietatis, hoc eſt, vnumquemque pro quantitate, quam habet in ſocietate, obligari, & quam expoſui in ſocietate, etiam quando vnus poſſet alterum obligare, & non in aliis bonis. Ita nominatim tenet Anchar. *conſil 332. per totum, præcipue num. 5. & 6. Deci. in l. ſi ſocius. nu. 4. ff. ſi certum petat. deciſ. Pedemont. 149. nu. 8.* vbi quod hæc eſt crebrior Doctorum ſententia, & *deciſ. Gen. 14. num. 100. in fin.* vbi dicit communem, & ab ea in iudicando recedendum non eſſe, ſequitur etiam Strach. *de contract. mercat. nu. 15. & Ant. Mozio, de contractib. §. de naturalib. ſociet.*

20 Similiter, † ſi ſocietas eſt limitata ad certam negotiationem, ſi vnus ex ſociis facit contractum non tangentem illam obligationem, non obligat conſocium, ſed ſolum ipſum contrahentem, *ita Bald. in l. iure ſocietatis. ff. pro ſocio. Alexan. conſ. 139. perſpectis, in primo dubio, vol. 5. Socin. conſ. 154. conſultationem. col. 2. verſ. ſecundus ca-*
21 *ſus. lib. 2. Aluar. Vaez. dict. conſultat. 98. n[illegible].* † Vbi etiam, quod ſic vnus vltra comprehenſa in ſocietate non poteſt alium obligare, & quod eſt inſpiciendus tenor ſocietatis contractæ, & illud, quod ad inuicem eſt mandatum a ſociis, vnde extra illud non videntur teneri, *ſecundum Anchar. vbi ſupra, & iterum conſil. 400. colum. 2. Cumanus, conſ. 172. Titius. col. 2.* vbi late id probat.

22 Supradicta omnia † in hac ſecunda ſpecie vera intelligo, præterquam ſi conductor primus fecerit, vt ſocius, vel ſocij, quos poſtea admittit in vectigalibus obligentur inſolidum, vel pro parte in fauorem Cameræ Regiæ, vel Reipublicæ, alteriusve priuati abſentis: Tunc enim licet iure communi attento, alteri per alterum regulariter non quæratur actio, *vt in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbor. obligat. & in § alteri. Inſtit. eod. tit. l. 7. titulo 11. part. 5. pulcre Abbas in proœmio Decretalium. § Gregorius.* vbi congerit plures fallentias, & Anto. Gomez. *2. tom. c. 11. num. 18.* recte Camera Regia, Reſpublica, vel alius priuatus, in cuius fauorem ſe adſtrinxerunt, atque obligauerunt ſocij poſtea admiſſi, poterit aduerſus eum, vel eos agere, iuxta tenorem obligationis, tametſi vectigal acceptum non ſit a principio nomine ſocietatis, vel
23 ſociorum poſtea nominandorum. † Tum, quia quando creditor, cui iam debetur res, vel pecunia ſtipulatur eam reddi, & ſolui tertio, ſtipulanti intereſt, vt illi ſoluatur, & quia cenſetur conſtitutus procurator nomine creditoris, *iuxta l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolution. & ibi Bart.*
24 *& communiter Doctores.* † Tum etiam, quia hodie de iure noſtro Regio bene quæritur actio, & obligatio illi tertio, & ſic corrigitur ius cõmune prædictum, quo habetur, vt alteri per alterum illa non quæratur, *ex l. 3. tit. 8. lib. 3 Ordin. vet. hodie l. 2. tit. 16. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ.* per quam ita tenet, & probat Roder. Xuarez. *in l. quoniam, in prioribus. quæſt. 8. colum. 4. C. de inofficioſ. teſtamen. Couarru. lib. 1. variar. cap. 14. num. 13. Anton. Gom. vbi ſupra num. 15. & melius num. 18. Greg. Lopez in dict. l. 7. gloſſ. 1. Didac. Perez in dict. l. 3. colum. 1059. circa fin. verſ. quæ iu-*
25 *ra. Azeued in dict. l. 2. num 30.* † Quod adeo procedit, vt actio, quæ virtute illius legis quæritur abſenti, ſit directa, & non vtilis, cum apud nos lex illa Regia inducat ius commune, vt in terminis probat Antonius Gomez.

dict. num. 18. in verſic. & vide, quod in tantum & Azeued. vbi ſupra. † Quinimo virtute dict. l. Regiæ quæritur 26
etiam illi tertio abſenti ius exſequendi, ſi talis obligatio vel promiſſio alteri facta, contineatur in inſtrumento, quod illam habeat paratam, *argum. l. ſi procurator meus. & ibi notant Bart. & communiter Doctores. ff. de procuratoribus, & in expreſſo Bart. in l. 1. ff. de action. & obligatio. num. 22.* & in terminis Segur. *in repet. l. ſi ex legati cauſſa. colum. 31. fol. 104. ff. de verborum obligat. Roderic Xuarez. in l. poſt rem iudicatam, limitat. 2. in princip. ad leg. Regn. ff. de re iudicat. Anton. Gomez. vbi ſupra dict. num. 18. circa fin. verſic. item adde. & Azeued.* † *vbi ſupra num. 31.* inde 27
inferens *iuncto nu. 32.* quod licet iure communi, ſi vendebam tibi fundum meum, vt ex pretio eius ſatisfaceres creditoribus meis, requireretur, quod ego eis cederem actionem, vt huiuſmodi creditores contra te agere poſſent, *vt per Benuenut. de mercatura, tit. de decoctor. num. 9. colum. 333. in paruis.* Hodie tamen per illam leg. Regiam, hæc non requiritur ceſſio, ſed directe poterunt agere creditores contra emtorem talis fundi pro debitis ſuis recuperandis, & ſoluendis ex pretio dicti fundi, & quæritur prædicta actio, & obligatio hodie per illam legem alteri per alterum irreuocabiliter, vnde promiſſor non poterit reuocare prædictam promiſſionem alteri factam, cum ſit ex cauſſa oneroſa, (vt excludamus caſum donationis abſenti factæ ante acceptationem, de quo late egimus alibi) ita in terminis tenet Antonius Gomez. *vbi ſupra num. 18. verſic. 3. etiam adde, & prius eodem 2. tom. c. 4. de donat. num. 3. in fin. ibi, & non poteſt actus, vel contractus reuocari.* tametſi Azeued. *in dict. l. 2. dict. nu. 30.* teneat contrarium, dicens, quod ad irreuocabilitatem acceptatio eſt neceſſaria.

Ex quibus omnibus recte probatur noſtra præcedens limitatio, quandoquidem procedit in fauorem cuiuslibet priuati abſentis, cui hodie de iure Regio quæritur actio, & obligatio per alterum eidem ſtipulantem.

Secundo † obſeruandum erit, quod etſi in caſu prædictæ ſecundæ ſpeciei principalis admiſſus, vel admiſſi ad ſocietatem vectigalium poſt primam conductionẽ a conductore, abſq; pacto vllo præcedenti, non teneantur fiſco, vel Reipublicæ, nec poſſint ab eis conueniri: ſed tantum primus conductor, qui contra ſecundum, a ſe poſtea admiſſum poterit agere pro conſequutione pretii eum tangentis: nihilominus tamen inuecta, & illata in rem conductam a ſecundo tenentur, & ſunt tacite hypothecata priori domino, quicunque is ſit, non modo fiſcus, vel Reſpublica in eam ſummam, pro qua ſecunda conductio, & admiſſio facta fuit, non vero ad vniuerſam penſionem totius rei conductæ, text. eſt qui loquitur in domo conducta, *in l. ſolutum. 11. §. ſolutam. ff. de pignor. actione.*

Neque † obſtat tex. qui videtur contrarius *in l. ſi in* 28
lege. 27. §. ſi colonus. ff. locat. cuius verba ſunt: *Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligantur: ſed fructus in cauſſa pignoris manent, quemadmodũ eſſent, ſi primus colonus eos percepiſſet.* Communis namque horum iurium intellectus eſt, quod tex. *in dict. l. ſolutum § ſolutam,* loquitur in vrbanis prædiis, in quibus etiam ignoranti domino res inuecta, & illata tacite obligantur: text. vero *in dict. §. ſi colonus,* in ruſticis, in quibus inuecta, & illata tacite non obligantur, niſi ſcientia domini interueniente, *vt in l. certi iuris. C. locati, ita gloſſ. in dict. §. ſolutam. verb. tenebuntur. in prima ſolutione. ibi, ſolutio.* Aliud eſt in vrbanis, gloſſ. etiam *in dict. §. ſi colonus, verbo manet,* & gl. *in leg. Pomponius, la ſegunda ff. in quibus cauſ. pig. vel hypot. tacit. contrah.* & quamuis eædem gloſſæ alios duos intellectus poſtea referant, quaſi priori non multum fidentes, nempe, quod tex. *in dict. §. ſi colonus,* quatenus dicit res poſteriores conductoris domino non obligari, intelligatur quoad vniuerſa-

uerſalem penſionem, ſed ad ſuam partem, ſicut *in dict. §. ſolutam,* vel 3. quod *in dict. §. ſi colonus.* res ſecundi conductoris non fuerunt inuectæ, ſed expreſſa conuentione primo obligatæ: nihilominus præfatum priorem intellectum, & concordiam inter illa iura tenet Bartolus *in dict. §. ſolutum. in fin. verſic. item oppono.* & Bald. *in dict. §. ſi colonus. & Roman. ſingul. 391* & Fortun. Garciam *in l. item quia. num. 2. ff. de pact.* & teſtatur magis communem Ioan. Orol. *in dict. l. item quia, in princip. num. 13. ff. de pact.* vbi etiam refert Gomezium *in §. item Seruiana. num. 15.* dicentem communem prædict. vltimum intellectum gloſſæ.

29 Fit igitur ex ſupradictis, † vt fiſcus, vel Reſpublica, aliusve priuatus in ſupradicta ſpecie locans res ſuas, habeat tacitam hypothecam in rebus inuectis, & illatis ſecundi conductoris pro ſua ſumma tantum & mercede conuenta cum primo conductore in prædiis vrbanis, etiam ignoranter: in ruſticis vero, ipſo domino ſciente, non vero in vniuerſam ſummam primi conductoris.

30 Fructus † præterea fundi ruſtici in cauſſa pignoris manent, quemadmodum eſſent, ſi primus colonus percepiſſet, vt inquit tex. *in d. §. ſi colonus.* Habebit igitur fiſcus, Reſpublica, & priuatus, qui locauit ſuum fundum vel vectigalia, ex quibus fructus percipiuntur, hypothecam tacitam in præd. fructibus, quos percipere debet ſecundus conductor pro ſecuritate, & recuperatione pretij conuenti in prima locatione, vt ſi forte priores conductores non ſint ſoluendo, ſequeſtrari faciant prædictos fructus in ipſis prædijs exiſtentes, & redditus nondum exactos: quod ſæpiſſime in praxi obſeruatur ratione dictæ tacitæ hypothecæ, & fundi. Et hoc eſt, quod communiter dicitur: *Que el fundo, y la renta del ſe prefiere en ſus frutos a todas otras deudas:* quod hodie expreſſe decitum exſtat in his Regni pragmatica noua in hoc lata in fauorem agricultorum ann. 1594. *en Madrid.* cap. 3. vbi ita dicitur: *Que en los frutos de las tierras ſean preferidos ſennores dellas por ſu renta a todos los otros acreedores de qualquier calidad que ſean.*

31 Illud tamen † contingit dubitari circa literam huius capituli, *an idem ſit dicendum reſpectu quoq; redditus debiti anni præcedentis, an vero procedat tantum pro redditu illius anni, quo fructus ſunt in ipſo fundo.* In quo magis eſt, vt etiã pro redditu anni præteriti, vel biennij non ſolum præſentis anni fructus præſentes in fundo exiſtentes ſint hypothecati, & in eis dominus fundi præferendus ſit ab aliis omnibus creditoribus agricultoris, tum ex generalitate literæ dic. Regij ibi: *Por ſu renta, porque tambien es renta la del anno, y annos paſſados, que eſtan por pagar:* & d. *l. ſi in lege. §. ſi colonus. ff. locat. ibi ſed fructus in cauſſa pignoris manent.* & cum lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l. non diſtinguemus ff. de arbitr. l. de pretio. ff. de public. in rem act.* & lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand. cum ſimil.* Et quia ſi pragmatica Regia aliud vellet, diceret: *Por ſu renta de aquel anno,* nulla enim difficultas erat hoc declarandi ſi vellet. Ergo id noluit, argumento. *l. vnica. §. ſin autem ad deficiens, cum ſimil. C. de caduc. tollend.* Tum etiam, quia eadem ratio militat in vtroq; redditu. Ergo idem ius eſt ſtatuendum. *l. illud. cum ſimil. ff. ad l. Aquil.*

32 Quod ſi diuerſi † œconomi eſſent eiuſdem domini fundi, qui exigere deberent redditus anni præteriti, & præſentis, & omnibus fructus nõ ſufficerent, cenſerem, tunc temporis œconomum præſentis anni præferendũ eſſe: ſecus in creditoribus domini fundi dicendum eſt, quia antiquiores, vel magis priuilegiati ſeruatis ſeruandis, præferendi ſunt iuxta regulas iuris.

SVMMARIA.

1 La juſticia, y Regidores no pueden dar datas, ſin preceder licencia Real para ello: *niſi in caſibus in numeris ſeqq. poſitis.*

2 *Rectores populorum poſſunt dare ſalaria vicinis ad ædificandum, & num. 3.*

4 *Poſſidentibus terras publicas per ſpatium 40. annorum, eaſq; ſerentibus, remanebunt ipſis præſcripta aduerſus ciuitatem, & idem eſt in terris plantatis, impoſito eis, quodam cenſu, vel tributo.*

5 *Ius colendi agrum communem, & plantandi in præiudicium iuris paſcendi præſcribitur contra vniuerſitatem ſpatio 40. annorum.*

6 *Domini vaſallorum an datas, hoc eſt ſalaria ſuis ſubditis concedere poſſint? & num. ſeqq.*

7 *L. fin. C. de venat. rer. ciuit. lib. 11. intellectus.*

10 *Domini vaſallorum, an ſint domini terminorum ſuorum oppidorum?*

11 *Poſſidens terras publicas ſibi a concilio populi conceſſas ad ſeminandum, plantandum, vel ædificandum, per ſpatium 20. annorum eas ſeminando, plantando, vel ædificando, prout ſibi fuit onus iniunctum, tuendus eſt in ſua poſſeſſione, impoſito ſibi cenſu: nec poſſunt poſſeſſores arbores dirumpere & tollere, nec ædificium deſtruere, niſi eſſent populo nociua, eiuſque ornatui, vt in num. 12.*

13 *Poſſidens aliquo titulo terras publicas eas ſeminando, vel plantando, aut ædificando per ſpatium 40. ann. tuendus eſt in ſua poſſeſſione, impoſito ſibi aliquo cenſu, datur tamen concilio reſtitutio intra quadriennium poſt impletam præſcriptionem, vt in nu. 14.*

QVAESTIO LX.

In l. 11. titul. 7. libr. 7. Nouæ Collect. Regiæ.

QVæro *l. 11. tit. 7. lib. 7. noua collectio. Regia.* cauetur: *Que* 1
la juſticia, y Regidores no puedan dar tierras algunas, ſin preceder licencia Real para ello. Auendan. c. 12. Prat. num. 21. in 1. part. Mexia ſup. l. Toiet. in 9. fundament. 2. part. num. 44. Azeued. *ibi num. 2. Bobadill. en ſu Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 8. num. 80.* Et ſic officiales Regij non poſſunt concedere aliquam viam publicam alicui priuatæ perſonæ ſpeciali licentia Regis vt cum aliis probat Azeuedo *hic num. 6. an aliquo caſu Rectoris dare poſſint terras.*

Et primo hoc facere poſſunt Rectores; † non vero 2
ſolus prætor: *A los vezinos para edificar huertos, caſas, corrales, y otros edificios en el ſuelo publico, y concejal de la ciudad, villa, o lugar, atentas las leyes de Partida, 3. & 18. tit. 32. part. 3. Gregor. Lopez in dict. l. 3. in gloſſ. o del concejo. & in l. 9. verbo, otorgarle. eodem titul. Auendan. vbi ſupr. num. 22. en fin. Bobadilla, en ſu Politica de Corregidores, lib. 3. cap. 8 num. 91.* quamuis iure communi ad Principem, vel Senatum hoc pertineret, *l. quod Principis ff. de aqua pluu. arcend. l. ſeruitutes. §. publico ff. de ſeruit. l. 2. §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loc. publico.* † Quod nedum pro 3
cedit: *Para molinos, y otros edificios communes, y vtiles a todos como para ſolo eſto le parecia a Gregorio Lopez, vbi ſupra, que lo podia hazer el Regimiento y no para otros edificios, por ſer donacion, la qual no pueden hazer de lo publico los Regidores:* nihilominus tamen: *Puedan dar los dichos ſolares, y anſi ſe pratica en caſas de poco perjuizio, y ſe nombran comiſſarios para verlo, y quando importa, aſſiſte tambien el Corregidor para verlo: y al que ſe le da el tal ſolar, ſe les ſuele imponer algun tributo como lo afirma Bobadilla,* vbi ſupra, dict. num. 91. *e yo lo he viſto praticar aſſi muchas vezes en vna ciudad adonde eſtan en coſtumbre muy antigua de dar las dichas datas.*

Secundo, † poſſidentibus aliquibus cum licentia 4
concilij terras publicas per ſpatium 40. annorum, & eas ſerentibus, remanebant præſcriptæ aduerſus ciuitatem, idemque erit in huiuſmodi terris plantatis, impoſito eis

q[illegible]odam cenſu, vel tributo, ſecund. Auenda. *dict. cap. 12.*
Prat. numer. 22. in fin. cum ſequentib. & numer 27. verſicul.
quando vero. idem cap. 41. numer 9. libr. 1. & Azeued. in l.
1. numer. 61. cum ſequent. tit. 15. lib. 4. nou. coll. Reg. Bobad. d.
lib. 3. cap. 8. num. 80 adde eundem Azeued. in hac l. 11. nu-
5 *mero 2.* vbi etiam citat Mexiam, † Sic etiam ſpatio 40.
annorum præſcribitur contra vniuerſitatem ius colen-
di agrum communem, & plantandi in præiudicium iu-
ris, paſcendi, ſi ager ſit ad culturam redactus, vel fuerint
in eo plantatæ oliuæ, vt probat D. Couarru. *libr. pract.*
quæſtionum. c. 37 ad fin. verſ. quod ſi in hoc agro. & Gregor.
Lopez, in leg. 7. gloſſa magna, verſicul. forte, titulo 29.
part. 3.
6 Tertio † dubitari contingit: *De los ſennores de vaſallos,*
como ſon Duques, Condes y Marqueſſes, y otros, ſi pueden
dar datas en ſus tierras, y ſennorios ſin licencia del Rey? Et in
hoc partem affirmatiuam probat, & tenet Auendan.
dict. cap. 12. numer. 24. vbi quod ſufficit licentia horum
dominorum, qui loco Regis hoc caſu habentur, præci-
7 pue ſi ſunt in conſuetudine hoc faciendi, † Quia d. li-
gentia ſolebat dari a Præſidibus Prouintiarum. l. *fin. C.*
de vend. rerum ciuit. lib. 11. licet aliqui ſentiant, quod de
conſuetudine non ſit in vſu dict. l. fin. tamen caſu quo
debeat ſeruari, locum habere debet, quando omnes de
populo congregati adhibita forma, & ſolemnitate illius
legis vellent alienare, nam valebit alienatio, etiam cum
iudicis decreto. Si vero ſolum alienatio fieret per pro-
ceres ciuitatis, puta: *Juſticia y Regidores,* talis alienatio ab
iſtis, & non a toto populo facta non valet ſine Regia li-
centia, & in iſto caſu tantum loquitur noſtra lex Regia
1[illegible]. & capitulum *de Cortes de Valladolid,* vt ex eius ſerie
patet, ſecundum Auendan. *dicto cap. 12. num. 21.* Nihilo-
minus tamen etiam ſi omnes ciues conſentirent, niſi li-
centia Regia adeſſet, nihil poſſet fieri contra l. noſtræ
prohibitionem, nec valerent facta in contrarium, etiam
ſeruata forma, & ſolemnitate d. ct. *l. fin. ſecundum Me-*
xiam. in dicta l. Toletan. in 9 fundamento, ſecunda partis,
n. 45. contra Auendan. & alios, quos ibi citat, & contra
eos etiam cum Mexia hoc vltimus probat recte Azeued.
in præſenti n. 39.
8 Nihilominus † tamen Azeued. *in præſenti n. 5.* dubitat
etiam de priori opinione, Auendan. dum tenuit, ſuffi-
cere licentiam dominorum particularium locorum ad
datas terrarum, eo quod hi domini non poſſunt dero-
gare legis noſtræ diſpoſitioni, licet de facto aliquando
domini faciant. quia multa per patientiam tolerantur,
quæ ſi in iudicio deducta fuiſſent, non tolerarentur.
Idem probat contra Auendan. Bobadilla, *libr. 2. cap. 16.*
numer. 156. vbi limitat, quando priuilegio, vel conſue-
tudine immemoriali eſſet hoc permiſſum his dominis
temporalibus. Ego hanc ſecundam ſententiam probo
contra Auendanũ, præterquam ſi adeſſet conſuetudo
immemorialis in fauorem dominorum, concedendi
prædictas datas terrarum, & licentias. Pro quo facit bo-
na l. 12. tit. 1. par. 2. ibi: *O ſegun la antigua coſtumbre que v-*
ſaron de luengo tiempo.
9 Item † dicta prima opinio Auend. poſſet ſuſtineri in
adminiſtratione propriorum, & reddituum concilii,
non vero in alienatione perpetua eorum: *Ni en la rotu-*
ra, renta, y venta de ellos porque en quanto a eſto, nueſtra ley
Real ſi parece, que quito a los ſennores eſte derecho, y permiſ-
ſion, pues lo reſeruo al Rey en ſi: ſecund. Bobad. *vbi ſup.* poſ-
ſet etiam ſecund. ipſum tolerari opinio Auend. *En que*
pued eſſen los ſennores de vallos dar en lo publico algunas li-
cencias para ſolares pequennos para huertos, caſas, o corrales,
como las pueden conceder los Ayuntamientos a los vezinos
ſin licencia del Rey, como arriba lo tuuimos. † *Y final mente* 10
dize Bobadilla dict. num. 153. que por auer controuerſia en-
tre nueſtros Autores de Eſpanna, ſobre ſi los ſennores de va-
ſallos lo ſon de los terminos, o no: porque Mexia vbi ſupr.
numer. 75. & 77. *tiene que no, ſino ſolamente de la juriſdi-*
cion, y lo miſmo tuuo Auendanno in capit. 4. Prætor. nu-
mero. 6. verſicul. illud. & in num. 7. verſ. ex quo ſub infertur,
præterquam in dominis ſolariis, qui fundatam habent
in hoc ſuam intentionem: *Y lo contrario en los otros ſen-*
nores tiene Rod. Suarez allegation. 7 col. penult. *Diziẽ-*
do ſer de los ſennores indiſtintamente los terminos, ſi obſerua-
ra lo que por coſtumbre eſtuuiere introduzido en eſto, por lo
qual haze bien la dicha ley de Partida. 12. tit. 1. par. 2. in ver-
bis ſupra relatis: *Y que los ſennores de vaſallos tengan funda-*
da ſu intencion para la propiedad, y ſennorio de las tierras ſo-
lariegas, conſtando del priuilegio, y conceſſion del territorio, y
juridicion, no ſiendo las tierras de los concejos, ni de otros par-
ticulares antes, ni al tiempo de la conceſſion hecha por el Rey
ad ſennor, y que el miſmo ſennorio, y propriedad que era del
Rey, ſera del ſennor a quien ſe concedio, el qual ſe ſubroga en
el lugar, y derecho Real, tienelo el miſmo Bobad. libro. 2.
cap. 16. numero. 52. *alegando para eſto a Zaſio in rubric. nu.*
11. ff. de iuriſdict. omnium iudic. y Auenda. cap. 4. Prat. num.
5. 6. & 7. & Mex. ſuper l. Tolet. ſecunda partis funda-
mento 9. n. 16. Mieres de maior. 4. part. queſtion. 20. num.
4. cum ſequen. & Azeued. in l. 13. titul. 7. lib. 7. nou. coll. Reg.
Y que anſi ſe ha de entender, e interpretar fauorablemente el
priuilegio, y conceſſion fecha por el Principe. l. 1. ff. de conſtit.
Princip. Innocent. per tx. ibi, in cap. cum dilecti, de donatio.
Bald. in l. nec auus. C. de emancip. lib.
Vltimo † illud in propoſito addere decreui, quod 11
quando concilium ciuitatis, vel villæ conceſſit, & dedit
aliquam partem terræ valdiæ alicui, vt ibidem ſemina-
ret frumentum, hordeum, auenam, vel aliud genus le-
guminum, vel vt ibi plantaret arbores, vel ædificaret ad
ornatum populi, & eam iſto titulo poſſederit ſpatio. 20.
annorum ſeminando, & arando, vel plantando arbo-
res, vel ædificando, tuendus eſt poſſeſſor hic in ſua poſ-
ſeſſione, impoſito ſibi cenſu, ex *l. 9. titu. 7. hoc lib. 7.* vt per
eam tenet Auendan. *in d. cap. 12. num 24. verſ. item dictum*
caput, cum ſequen. quem refert, & ſequitur Azeued. *in l.*
3. tit. 7. d. lib. 7. num. 27. dicens: quod ita fecit ſemel practi-
cari. † Vbi *numer. ſequenti* ex eodem Auend. hoc intel- 12
ligit, adeo eſſe verum, vt etiam ſi vellent poſſeſſores ar-
bores dirumpere, & tollere, atq; ædificia deſtruere, non
poſſent, niſi eſſent populo nociua, atque eius ornatui.
Nam tunc cenſet diruenda, *vt in l. 7. eodem tit. 7. ſecund.*
Auend. d. c. 12. num. 27. verſic. ſi vero, cum ſequent. † Vbi 13
idem inquit eſſe, ſi adeſſet titulus hereditarius, vt quia
poſſeſſor illius terræ illam habuit a maioribus ſuis titu-
lo hereditario, vel dotali, vt *ibi per eum nũm. 29.* vel alio
titulo particulari, vel vniuerſali cum poſſeſſione 40.
annorum, & ædificatam, vel aratam, & cultiuatam ſe-
cundum terræ illius qualitatem, & ſequitur Mexia in *l.*
Toleti in 9. fundamento ſecunda partis. num. 42. † Datur 14
tamen concilio reſtitutio intra quadriennium poſt im-
pletam præſcriptionem. *ſecundum Roderic. Suarez alle-*
gatio. 15. quem refert, & ſequitur Auend. *dict. numer. 27.*
verſicul. ſi tamen. Et Azeued. *in dict. leg. tertia*
numer. 29. vbi cum numeris ſequen-
tibus, alia in propoſito ad-
ducit.

ACCES-

ACCESSERVNT NONnullæ aliæ quæſtiones practicæ ſuper aliis legibus Regiis præcedentium librorum, quas vt iuſtum volumen conficerem, hic appoſui.

ET SVNT QVAE SEQVVNTVR.

SVMMARIA.

1 *Triticum, & cetera merces, quibus per leges Regias certum pretium taxatum eſt, an tempore ingentis neceſſitatis poſſint vend. propria auctoritate ſecure in conſcientia vltra illud pretium taxatum? & numeris ſequent. per totam quæſtionem, in hoc nu. 1. refertur opinio [illegible] Molina Theologi affirmatiua ſed negatiua probatur, late n. 8. cum ſequentibus.*

2 *Princeps, ſi vellet, quod ſuperueniente ingenti ſterilitate triticum eodem pretio venderetur, quo rationabiliter tempore abundantiæ vendebatur, lex eſſet irrationabilis, & iniuſta: ſed hoc non voluit, vt docetur, nume. 28. & 29.*

3 *Sterilitas alicuius mercis, quando non eſſet tanta, quæ manifeſte irrationabilem, ac iniuſtam redderet legem, ſi adhuc perſeueraret, ſtandum eſſet legi, interim dum non reuocatur, recurrendumque eſſet ad Principem, ac petendum, vt illam tolleret, aut mutaret.*

Lex in dubio, an rationabilis, & iuſta ſit, præſumenda eſt rationabilis & iuſta, illique in conſcientiæ foro ſtandum eſt, ſuperioribuſque in dubio parendum eſt, illorumque prudentiæ, ac iudicio potius ſtandum, atque innitendum, quam propriæ ſubditorum prudentiæ, & iudicio, eodem numer. 3. ibi, conueniunt namq; Doctores.

4 *Ementes mercem infra pretium infimum iuſtum eius, iuxta iam taxam. l. quando iniuſtitia eiuſdem legis eſſet manifeſta, tenentur reſtituere vſq; ad latitudinem iuſti pretii: ſed contra n. 40.*

5 *Legislatores manifeſte iniuſtæ legis, vel ſi poſtquam iniuſta eſſe incepit, eam non abrogaſſent, aut mutaſſent, reſtituere tenentur omnia damna ſubditis ex ea lege ſequuta, niſi ignorantia eos excuſaret a culpa, & numer. 41.*

6 *Judices, qui poſt legem manifeſte iniuſtam inquirunt contra eius tranſgreſſores, eo quod vltra pretium ab ea taxatum vendiderunt, eoſque puniunt, ad reſtitutionem tenentur, vt hic, ſed contra n. 42.*

7 *Iuſtum pretium rerum non ſecundum voluntatem Regis rebus eſt imponendum, ſed ſecundum indigentiam, ſimiliter, & paupertatem, atque abundantiam earum, & numerum emtorum, atq; venditorum, ac proinde quo maior eſt indigentia maiorq; rerum penuria, maiorque eſt etiam emtorum numerus, minorque venditorum, eo magis creſcit valor rei, & pretium eiuſdem.*

9 *Leges taxantes pretium panis ceterarumque mercium ſumma cum prudentia, maturoque conſilio virorum prudentium, atq; neceſſariis præmiſſis facta, & conditæ ſunt, ac proinde iuſtiſſima, & ſanctiſſima ſunt, & ſeruandæ in foro conſcientiæ, & tranſgreſſores earundem peccant mortaliter, & ad reſtitutionem exceſſus in vtroq; foro tenentur.*

10 *Princeps, & Reſpublica poſſunt legem ſtatuere, per quam pretia rerum taxentur præſertim neceſſariarum.*

11 *Leges Regiæ pretia frumenti taxant pro tempore neceſſitatis, & ſterilitatis frumenti quia tunc opus eſt remedio ipſarum in Republica, non vero tempore abundantiæ frumenti.*

12 *Frumentum tempore abundantiæ ipſius, quo minori pretio, quam taxato a lege communiter venderetur, non poteſt vendi pretio illo taxato, ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis exceſſus.*

13 *Vendentes frumentum, & vinum peſſimum, & corruptum, quod parum valet, plus iuſto pretio notabiliter, quamuis infra taxam pragmaticarum huius Regni, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem exceſſus tenebuntur.*

14 *Leges cum inſtitutæ fuerint, non eſt liberum iudicare de ipſis, ſed oportet iudicare ſecundum ipſas.*

15 *Intelligentia dictorum ex cauſſis eſt aſſumenda, quia non ſermoni res, ſed res debet eſſe ſermo ſubiectus.*

Legis verba ſemper ſunt ſeruanda, niſi adſit periculum publici boni, quo oporteat verba legis nonnunquam non obſeruari.

16 *Legis obſeruatio ſecundum verba, ſi non habet ſubitum periculum, cui oporteat ſtatim occurri, non pertinet ad quemcumque, vt interpretetur, quid ſit vtile, vel inutile ciuitati, ſed hoc ſolum pertinet ad Principes, qui propter huiuſmodi caſus habent auctoritatem in legibus diſpenſandi: ſi vero ſit ſubitum periculum non patiens tantam moram, vt ad ſuperiorem recurri poſſit, ipſa neceſſitas diſpenſationem habet annexam: eodem n. 16. in verſic. vnde ſi obſeruatio legis, &c.*

17 *Auctoritate propria, & per ſe facere non licet, quando ad aliquid faciendum Principis auctoritas, & diſpenſatio neceſſaria eſt.*

18 *Priuatus ſi tempore ingentis ſterilitatis frumenti poſſet propria auctoritate taxam legum Regiarum excederes, maxima pernicies Reipublicæ, & confuſio inde oriretur, vt hic probatur.*

19 *Princeps ex cauſſa ſolet augere pretium taxatum ab ipſo, frumento, propter ſterilitatem magnam, aliiſque remediis competentibus agricolis prouidere, vt hic.*

20 *Lex non ex eo poteſt dici iniuſta, quia tempore ſterilitatis reſultet in grauamen, iniuſtitiam, & læſionem agricolarum, quibus in ſterilitatis annis aliquando menſura tritici, computatis ſumtibus omnibus, quos fecerunt, ſuoq; labore, & induſtria, quam appoſuere, longe maiori pretio ſtat, quam ſit id, quo vendi præcipitur.*

21 *Leges ad ea debent potius aptari, quæ frequentius accidunt, quam, quæ per raro eueniunt.*

22 *Legis eſſentia eſt, quod reſpiciat bonum commune, in illudq; tendat tanquam in finem: quapropter ceſſante ipſo bono communi, neceſſarium eſt, quod & ipſa lex ceſſet, quãdo ceſſat bonum commune totius Reipublicæ: non vero ſi tantum ceſſet in particulari, hoc namque nihil obſtat, quominus ipſa lex ſuam obtineat obligationem.*

23 *Subditi in conſcientia propria auctoritate non poſſunt tempore etiam ingentis ſterilitatis leges Regias taxantes pretia frumento, & aliis mercibus tranſgredi: imitatur primo, quando periculum eſſet ſubitaneum, ita quod moram conſulendi Principem non pateretur, vt in nu. 24. Limitatur ſecundo, quando prædictas leges vſu non fuiſſent receptæ vnquam, vel ſi fuerint receptæ, contraria tamen legitima conſuetudine fuerint ſublatæ, vt in nu. 25. Fallit. 3. tempore extremæ neceſſitatis, vt in n. 26 & 27.*

30 *Nauarri opinio in manuali, cap. 23. num. 88. quæ habet, quod ſuperueniente maxima neceſſitate tollitur omnino taxa, declaratur ex eodem Nauarro.*

31 *Medina verba de reſtitutione, quæſtione 36. ad ſecundum referuntur, & declarantur, [illegible] & quæſt.*

31. in verſ. prædictis tamen non obſtantibus, vt in nu. 32.

33 *Lex pretium taxans ita demum in conſcientia obligatur, ſi rationalis ſit, & æqua non egrediens limites iuſti pretij &c. & quomodo hoc intelligatur.*

34 *Lex pretium taxans ad hoc, vt ſit iuſta, quæ concurrere debeant. & nu. ſeqq. vbi reſpondetur obiectionibus contra eam factis, vſq; ad n. 39.*

63 *Conſiliarij ſupremi Regis laudantur.*

QVAESTIO LXI.

1 QVæro † *an ſtantibus ll. huius Regni certo pretio taxantibus fanecam tritici, hordei, ſiphæ, & ſimilium aliarum mercium, pondus, vel menſuram, ſuperueniente ingenti ſterilitate illius mercis, poſſint vendi propria auctoritate ſecure in conſcientia vltra illud pretium taxatum?* Et in hoc partem affirmatiuam videtur probare egregius ille vir Doctor Ludouicus a Molina e Societate Ieſu, *in ſua 2. p. de iuſt. & iur. diſput. 364. colum. 670. cum ſeqq.* dum inquit, quod ſi frumentum ante erat lege taxatum pretio rationabili, ac moderato, ac menſe Martio, aut Aprili ſterilitas magna in annum ſequentem comperiatur ob pluuiæ defectum, aut alia aliqua ratione, non tenentur homines, deinceps vendere triticum ſuum, pretio tempore abundantiæ taxato: quoniam præſumendum eſt, voluntatem Principis non eſſe, vt tanta ſuperueniente ſterilitate, lex, quæ tempore abundantiæ lata erat, vim adhuc retineret: neque ſi id Princeps vellet, lex iam tunc eſſet rationabilis, ac iuſta, ac proinde in conſcientiæ foro non obligaret: addens hoc voluiſſe Nauarr. *in manual. cap. 23. num. 88.* dum in calce illius numeri dixit, ſuperueniente maxima neceſſitate tollitur omnino taxa: & quod concinit Ioan. a Medina. *de reſtitut. quæſt. 36. ad ſecundum in fin.* & multo apertius, *quæſt. 31. §. prædictis tamen.* quam ſententiam ipſe Molina deduxit etiam ab alia communi Theologorum, quæ habet, quod lex pretium taxans, ita demum in conſcientiæ foro obliget, ſi rationabilis ſit, & æqua, non egrediens limites iuſti pretij, vt fatetur idem Nauarr. *vbi ſupr.* Etenim quamuis in Principe poteſtas ſit ad coercendam hominum auaritiam, atque moderanda pretia rerum, quantum intra limites æquitatis bonum commune efflagitat: non tamen eſt ad irrationabiles, atque extra æquitatis limites, attentis circumſtantiis, quæ re ipſa concurrunt, quæque ex natura rei pretium re ipſa augent, illa minuenda. Neque enim poteſtas Principis ad irrationabilia, aut iniuſta ſeſe extendit.

2 Quo fit † (inquit Molina) vt ſi ſuperueniente ingenti ſterilitate Princeps vellet, vt triticum eodem pretio venderetur, quo rationabiliter tempore abundantiæ vendebatur, lex eſſet irrationabilis, & iniuſta.

3 Nec ſatisfacit ſecundum eum, † ſi quis dicat, bono communi expedire, triticum eodem pretio tempore ſterilitatis vendi, vt pauperes non grauentur, poſſintq; commode illud emere, quia quatuor modis ipſe huic rationi nititur reſpondere, de quibus ibi per eum. Fatetur tamen idem auctor, quod quando ſterilitas non eſſet tanta, quæ manifeſte irrationabilem, ac iniuſtam redderet legem, ſi adhuc perſeueraret, ſtandum eſſet legi interim, dum non reuocaretur, recurrendumque eſſet ad Principem, ac petendum, vt illam tolleret, aut mutaret: Conueniunt, namque Doctores in dubio, an lex rationabilis, & iuſta ſit, præſumendum eſſe rationabilem, ac iuſtam eſſe, illique in conſcientiæ foro ſtandum eſſe: ſuperioribuſque in dubio eſſe parendum, illorumque prudentiæ, atque iudicio potius eſſe ſtandum, atque innitendum, quam propriæ ſubditorum prudentiæ, & iudicio.

4 Sed, quod quando iniuſtitia eſſet manifeſta, ſiue id proueniret ex corruptione, ac nequitia eorum, qui ſunt e Conſilio Regis, ſiue ex imperitia, aut negligentia attendendi, obligationem eſſe abrogandi, moderandi, aut mutandi legem ob circumſtantias, quæ ſuperuenerunt, ſiue quod non ſatis attenderint, ac expenderint, quæ in taxando pretium iuſtum erat attendendum, tunc ementes iuxta eam l. infra pretium infimum iuſtum rei illius tenentur reſtituere vſq; ad latitudinem pretij iuſti, vt ex ſe liquet, conſentitque Medina *d. quæſt. 36. ad 6.* Quod intelligit Molina, etiam ſi bona fide emiſſent, quamuis tunc, ſi eadem bona fide rem conſumſiſſent, ſolum reſtituere tenerentur, quantum inde locupletiores eſſent effecti.

Illi vero, † qui eam l. tuliſſent, aut poſtquam iniuſta eſſe incipit, eam non abrogaſſent, aut mutaſſent, reſtituere tenerentur omnia damna ſubditis ex ea lege ſubſequuta, niſi ignorantia eos excuſaret a culpa. 5

Simili modo, † inquit Molina, peccant adque ad reſtitutionem tenentur iudices, qui poſtea inquirunt eos, 6 qui vltra pretium lege irrationabili, atque aperte iniuſta taxatum vendiderunt, eoſque puniunt: reſtituere enim tenentur pœnas, quas hac de cauſſa accipiunt, atque damna omnia, quæ eadem cauſſa illos vexando, eis intulerint, hæc Molina, *vbi ſupra.*

Iuxta ſupradicta igitur omnia videtur clara in ſpecie noſtræ quæſtionis pars affirmatiua, data ingenti ſterilitate frumenti, vel alterius mercis taxatæ a Rege, prout videtur contigiſſe proximis præteritis annis in his Regnis, in quibus propter ingentem ſterilitatem panis, faneca tritici venundabatur, 34. 40. 50. & 60. & plus argenteis diuerſis in locis, iuxta maiorem, aut minorem penuriam panis. Quare igitur, rebus ſic ſe habentibus non licebit ſaltem in foro tantum conſcientiæ, pretium, quo conſtat agricolis, expoſcere, atque exigere, & etiam ceteris non agricolis, iuxta commune pretium, quo in foro publico cum leucis venditur, etiam ſi eis tantum non conſtiterit, cum iam pretium taxatum a legibus Regiis non ſit iuſtum, imo potius iniuſtitia eius ſit notoria, & manifeſta?

His accedit, † quod iuſtum pretium rerum, non ſecundum voluntatem Regis rebus eſt imponendum, ſed 7 ſecundum indigentiam, ſimiliter, & paupertatem, atque abundantiam earum, & numerum emtorum, atque venditorum, ac proinde, quo maior eſt indigentia, minorque rerum penuria, maior eſt etiam emtorum numerus, minorque venditorum, eo magis creſcit valor rei, & pretium eiuſdem: velle autem (vt pragmatica volebat) quod his, quæ dicta ſunt, indies creſcentibus, pretium tritici non creſceret, ſed eodem ſemper pretio venderetur, videtur iniquum, & iniuſtum, ita Medina *dict. quæſtio. 36. in ſecundo argumento.* quo inſurgit aduerſus præfatam pragmaticam: & nos quoque *lib. 2. pract. quæſtio. 180. num. 2. cum ſequen.* plura adduximus, quæ in fauorem huius partis conducere poſſunt. Quid tenendum?

Ego, † ſalua cenſura rectius ſentientium, cenſeo con 8 trariam ſententiam, & ſic negatiuam eſſe veriorem, & tenendam. Quinimo contrariam, & ſic affirmatiuam eſſe omnibus diſſuadendam, vtpote nociuam Reipublicæ Chriſtianæ, ideoque ab ea eſſe explodendam, & conſtanter tenendum, quod etiam in tempore ingentis ſterilitatis non poſſit egredi, aut excedi taxa Regia panis, alteriuſve mercis iuſtas ob cauſſas, atque ſummo conſilio, & inenarrabili prouidentia a Principe facta, niſi cum eius licentia, facultate, aut permiſſione, qui quidem vti optimus, & Chriſtianiſſimus Rex, atque ſuæ Reipublicæ vtilitatis vigilantiſſimus ſuperior, curam habet medendi neceſſitatibus ingentibus ipſius pro tempore occurrentibus, leniendo duritiam taxæ quam pluribus vijs, & modis, ita vt iniuſtitia nemini fiat, nec iniuſta aliquo caſu, ſaltem conſiderabili, taxa manifeſte dici

dici valeat, aut poſſit: & hoc ſequentibus fundamentis.

9 Primo, † quia leges taxantes pretium panis, ceterarumq; mercium ſumma cum prudentia, maturoq; conſilio virorum prudentium, atq; neceſſariis præuiſis factæ, & conditæ ſunt, vt patet ex ipſis, longaq; & antiqua experientia exſecutionis, vſuſq; ipſarum? Ergo iuſtiſſimæ ſunt, imo, & ſanctiſſimæ, & ſeruandæ in foro conſcientiæ, adeo vt tranſgreſſores earundem peccent mortaliter, & ad reſtitutionem exceſſus in vtroq; foro teneantur, vt late reſoluimus, cum receptiſſima Theologorum, & Iuris prudentum ſententia *vbi ſupra, n. 9. & 10. vbi n. 11.*

10 Late † etiam iure probauimus, quod Princeps, & Reſpublica poſſunt legem ſtatuere, per quam pretia rerum taxentur, præſertim neceſſariarũ. Eandem fatetur communem Doctorum ſententiam Molina *vbi ſupra in princip. diſputat. 15. in verſic. hinc efficitur*; vbi hoc ampliat, etiam ſi venditor dicat, emtorem libenter totum id pretium pro merce obtuliſſe, quoniam præſumendum non eſt, voluiſſe donare, ſed obtuliſſe illud inuoluntarie mixte, quia non inueniebat minori pretio mercem, vt probauit quoque Nauar. *d. c. 23. num. 88. in princip. manual. latin.* Cum igitur prædictæ ll. iuſtiſſimæ ſint, & obligent in conſcientia, quouſque ab eodem Legiſlatore correctæ, aut abrogatæ ſint, aut alio modo lenificatæ, ſeruandæ, & cuſtodiendæ ſunt in vtroque foro.

11 Secundo, † quia eædem pragmaticæ, ac ll. expreſſe, & præcipue prohibent, diſponunt, atque pretia frumento taxant tempore neceſſitatis, atque ſterilitatis frumẽti, quia tunc opus eſt remedio ipſarum in Republica, vt conſtat ex eiſdem, & tenent Doctores, quos retulimus *vbi ſup. nu. 11. ad fin. in verſic. nihilominus, & quarto,* Quo fit, quod ſi aliquibus annis eſſet abundantia, atque vbertas frumenti, tunc præd. taxa pragmaticæ non eſſet neceſſaria, quia in dict. ll & pragmaticis minime cauetur, vt non poſſit frumentum minori pretio vendi, quã ibi præcipitur, ſed permittitur vendi præd. pretiis, prohibeturque plus vendi tempore ſterilitatis, & penuriæ frumenti. Quamobrẽ liberum erit cuilibet, quocum-

12 que tempore minoris vendere. † Quinimo ſi tempore abundantiæ frumenti minori pretio communiter venderetur, non poſſit venditor tunc in conſcientia ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis exceſſus, illud vendere ampliori pretio, quam iuſto, & communi accidentali infra eius latitudinem, vt late probauimus *dict.*

13 *quæſtio. 180. num. 12. & 13.* † Vnde vt ibidem *nu. 14.* etiam reſoluimus, & probat etiam Molin. *vbi ſupra, verſic. poſito taxationis*: vendentes frumentum, & vinum peſſimũ, & corruptum, quod parum valet plus iuſto pretio notabiliter, quamuis infra taxam pragmaticarum huius Regni, peccant mortaliter, & ad reſtitutionem exceſſus tenebuntur, & vtrumque probauit poſt nos Emanuel Rodrig. *in ſua ſumma. 1. part. cap. 79. concluſ. 3. & 8.* Ergo ſterilitas frumenti ſubſequuta non facit iniuſtam taxam legalem, ſiquidem ipſa facta eſt pro tempore ſterilitatis, & penuriæ panis, non vero pro tempore abundantiæ, vt minus recte cenſuit Molina *vbi ſupra.* Tunc namq; opus non eſt taxa, ſed regulariter quilibet taxat pretium rerum ſuarum, & mercium iuxta commune pretiũ, quod in foro verſatur, quod non diffitetur Molina *vbi ſupra,* quando ſterilitas non eſt tanta, quæ manifeſte irrationabilem, & iniuſtam redderet legem, ſi adhuc perſeueraret, quia tunc profitetur ſtandum eſſe legi, interim quod non reuocatur, recurrendumque eſſet ad Principem, ac petendum, vt illam tolleret, aut mutaret.

14 Tertio, † quia quamuis lex debeat eſſe iuſta, nihilominus, cum leges inſtitutæ fuerint, non eſt liberum iudicare de ipſis, ſed oportet iudicare ſecundum ipſas, vt expreſſe cauetur *in capit. erit autem lex. in verſicul. ideo ad finem, quarta diſtinctione.* Vt enim, inquit D. Auguſtinus *de vera religione,* in temporalibus legibus, quamuis homines iudicent de his, cum eas inſtituunt, tamen quando ſunt inſtitutæ & firmatæ, non licebit de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas: ſed ſi aliquis prætermittat verba legis dicens, ſe intentionem Legiſlatoris ſeruare, videtur iudicare de lege: Ergo non licet ei, qui ſubditur legi, vt prætermittat verba legis, vt intentionem Legiſlatoris ſeruet, præmaxime cum expreſſa intentio Legiſlatoris ſit, vt tempore ingentis ſterilitatis ſeruentur pretia taxationis frumenti, vt patet ex ipſis legibus, cum in id tempus conditæ ſint præcipue. Præterea ad eum ſolum pertinet, leges interpretari, cuius eſt condere ipſas ll. *vt in reg. iuris vulgaris*: Sed ſubditorum legi non eſt leges condere. Ergo nec interpretari Legiſlatoris intentionem, ſed ſecundum verba legis agere.

Neque † obſtat quod intelligentia dictorum ex 15 cauſſis eſt aſſumenda, quia non ſermoni res, ſed rei debet eſſe ſermo ſubiectus, vt inquit Hilarius *in quarto de Trinit. circa medium illius, & lib. 12.* † Quoniam vt in- 16 quit D. Thomas *1. 2. quæſtion. 96. articul. 6. in concluſ.* ſemper ſunt verba legis ſeruanda, niſi adſit periculũ publici boni, quo oporteat verba legis nonnunquam non obſeruari. Vnde ſi obſeruatio legis ſecundum verba non habet ſubitum periculum, cui oporteat ſtatim occurri, non pertinet ad quemquam, vt interpretetur, quid ſit vtile, vel inutile ciuitati, ſed hoc ſolum pertinet ad Principes, qui propter huiuſmodi caſus habent auctoritatem in legibus diſpenſandi: ſi vero ſit ſubitum periculum, non patiens tantam moram, vt ad ſuperiorem recurri poſſit, ipſa neceſſitas diſpenſationẽ habet annexam. Ita D. Thomas vbi ſupra, in reſponſione: ſequuntur eius diſcipuli. † Et quando ad aliquid faciendum Principis auctoritas, & diſpenſatio neceſſaria eſt, per 17 ſe, ac propria auctoritate facere non licet, *Suarez in 3. parte, quæſtione. 83. articulo. 6. diſputatione. 86. ſectione quarta ad finem, pagin. 1305. columna. 2. paulo poſt principium.*

Sed ingens anni ſterilitas frumenti, aliarumve mercium, quibus pretium a legibus, eſt taxatum, non habet ſubitum periculum: vt patet: quia commode Princeps conſuli poteſt ſuper eo negotio, vt remedium condecens, & interpretatio, ſiue diſpenſatio, earum legum obtineatur tempore opportuno: ergo ſubditus interim non poteſt interpretari leges, nec voluntatem Legiſlatoris, ſed earum verba debet obſeruare, præcipue cum Princeps conſultus ſuper hoc, ſoleat de remedio competenti prouidere, vt ſtatim dicemus.

Quarto, † & præcipue hæc noſtra ſententia compro 18 batur, quia ſi aliud diceremus, ſemper profecto, aut prope ſemper erraretur in hoc æſtimando, pro diuerſitate rationum hinc inde occurrentium pro legis iuſtitia vel econtra. Vnde in arbitrio cuiuslibet ſubditi, prudentis mediocriter, imo & non prudentis eſſet corrigere, & deſtruere leges Regias, iuſta pretia frumento aliiſve mercibus conſtituentes, atque taxantes, variis coloribus, & prætextibus, eſſetque falcem in meſſem alienam mittere, atque contra ius naturale, & diuinum inferiores, & ſubditi per hanc viam efficerentur ſuperiores, vel ſaltem pares ſuo Principi, darenturque duæ contradictoriæ ſimul veræ, & abſurdum atque repugnans, quod quis circa idem eſſet inferior & ſuperior, tenderetque in derogationem ſupremæ poteſtatis, atque in perniciem Reipublicæ: omneſque ſubditi ad libitum legem ſibi conſtituerent, qua viuerent, reuocando, etiam latam a ſuperiore ſuo, nec eſſet ordo, aut bona gubernatio in Republica, quinimo maxima confuſio, milleque iniuſtitiæ, atque grauamina, & inæqualitates inde reſul-

tarent. *Y ſe yria eſtragando por la codicia de los hombres, de tal manera q̃ juzgar, ſi la eſterilidad contingente era grande, o pequenna, que juzgarian en ſu provecho, la que no era tal por grande: y anſi no guardarian las leyes, que taſſan los precios a las coſas, por juſtas que fueſſen: y los confeſſores eſpecial mente los no letrados, y aun los que lo fueſſen con diuerſos reſpectos: y finalmente por ſer inclinados a dar contento, como ſupieſſen, o vieſſen, que algun hombre docto dezia, o tenia por opinion, que en tiempo de gran eſterilidad de pan ſe podra vẽder el trigo a mas precio de la taſſa Real, iuzgaria facilmente por grande eſterilidad la que no lo fueſſe, y lo daria por licito, alomenos no obligaria al penitente a reſtitucion de la demaſia y exceſſo del precio de la taſſa: y eſto de quanto danno ſeria en la Republica Chriſtiana, cada vno lo vea, y juzgue, y echara facilmente de ver, que ſe abriria vn camino, y portillo para venir contra todas las leyes juſtas, que taſſan los precios al pan, y a otros mantenimientos: y por la miſma razon que dize Molina:* Quod in dubio an lex rationabilis, & iuſta ſit, præſumendum eſt, rationabilem & iuſtam eſſe, illique in conſcientia ſtandũ, quia ſuperioribus in dubio eſt parendum, eorumque prudentiæ, & iudicio eſt ſtandum, potius quam ſubditorum: *Y ſe ha de dezir lo miſmo, aunque a muchos les parecieſſe, que la taſſa venia a ſer iniuſta por razones que para ello dieſſen: porque a otros muchos, o a los mas les pareceria lo contrario por otras razones diferentes, y mas fuertes: y anſi no puede ſer la iniuſticia deſtas leyes tan manifieſta, y ſin duda en acto practico, que ſea licito a los ſubditos tenerla, y juzgarla por tal, para poder exceder con autoridad priuada del precio de la taſſa, ni a conſejarlo ſin conſultar primero al Legislador, que es el que tiene poder de alterarla y mudarla, ſegun la variedad de los tiempos, y de las coſas: y anſimiſmo de interpretarla y no los ſubditos quanto mas que la taſſa del pan en los annos paſſados, con ſer tan eſteriles como fueron, no ha ſido tan iniuſta como la quieren hazer, pues ſiempre ouo pan: y para ſuplir, y conformar el precio de la taſſa con la eſterilidad, ouo grandes ſocorros de portes, de leguas, y otras coſas, como ſe dira adelante: y aſſi como no ſea en caſo de neceſſidad extrema, o de peligro tan ſubito, que no ſufra dilacion de yr al ſuperior, no pueden los ſub ditos interpretar la ley, y voluntad del ſuperior: porque eſto ſolo pertenece al miſmo Legislador.*

19 Quinto, † quia Princeps ex cauſſa non ſemel auxit prædictam taxam propter ſterilitatem magnam: *An ſi del trigo, como de la ceuada, y centeno de manera que ſiempre conforme a la variedad notable de los tiempos, y neceſſidad grande de las coſas ha ydo creciendo la dicha taſſa para aiuſtar mas el precio del pan, y ſocorrer a los labradores haſta ſubir la hanega de trigo de a nueue reales y quarto, haſta onze reales, y a catorze y diez y ocho: y la de la ceuada de a quatro reales, haſta cinco y medio, y ſeys, y ſiete y nueue: y el centeno haſta ocho reales la fanega, con que ſe va templando el rigor, que llaman de la taſſa baxa del pan. Y finalmente en los annos proximos paſſados de nouenta y ocho, y nouenta y nueue, viſto que crecia la hambre y neceſſidad del pan, por ſer los annos muy eſteriles, y otras cauſſas dio ſu Maieſtad diuerſas licencias y cedulas Reales a todos los pueblos deſtos Reynos, que las pidieron para que todos pudieſſen vender pan cocido, al precio que la iuſticia, y Regimiento ſe lo puſieſſe, y lo hizieron anſi y les ſalia vendido a mucho mas largo precio, que ſalia por la taſſa del trigo de a catorze reales la fanegra, que entonces corria: y con eſto los labradores que tenian pan, y los demas, aunque les ouieſſe coſtado caro, no quedaron agrauiados. Luego quando no ouiera mas que eſta razon, ninguno puede dezir con ella, que la dicha taſſa fuiſſe iniuſta, auiendo ſe acrecentado el precio del pan cocido, conforme a las dichas cedulas Reales, y dado licẽcia a todos para que pudieſſen maſſar ſu trigo, como lo hazian los mas: y ſi algunos no lo hizieron fue por no querer, y no por no poder.*

20 Sexto, † quia non ex eo poteſt dici lex iniuſta, quod tempore ſterilitatis redundet in grauamen, iniuſtitiam & læſionem agricolarum, quibus in ſterilitatis annis, aliquando menſura tritici, computatis ſumtibus omnibus, quos fecerunt, ſuoque labore, & induſtria, quam appoſuere, longe maiori pretio ſtat, quam ſit id, quo vendi præcipitur.

Quia licet plurimi eorum, qui triticum poſſident, ſint agricolæ, longe maior pars populi, quinimo commune totius Reipublicæ non ſunt agricolæ, vt patet in ciuitatibus, & oppidis populoſis, quibus vici ſubſunt: † 21 At leges ad ea debent potius aptari, quæ frequentius accidunt, quam quæ per raro eueniunt. *l. nam ad ea. 5. ff. de legibus.* & ideo, vt habetur in prouerbio, caſus particulares lex non reſpicit, ſed tantum id, quod communiter, & vt implurimum accidit. *l. iura cum duabus ſequentibus. ff. de legib. & l. ea quæ raro. ff. de regul. iur.* Vnde non dicetur lex iniuſta, eo quod pro priuato commodo conſcripta non ſit, dummodo pro communi omniũ vtilitate lata ſit, tex. expreſſus *in dict. cap. erit autem lex, quarta diſtinct.* vbi cum in princip. text. dixiſſet, erit autẽ lex honeſta iuſta, poſſibilis, &c. in fine addit, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta.

Eſſentia † igitur legis eſt, quod reſpiciat bonum cõmune, in illudque tendat tanquam in finem, idcirco ceſſante ipſo bono communi, neceſſarium eſt, quod & ipſa lex ceſſet, quando ceſſat bonum commune reſpectu totius Reipublicæ: non vero ſi tantum ceſſat in particulari caſu, hoc namq; nihil obſtat, quo minus ipſa lex ſuam obtineat obligationem, vt late pluribus exemplis comprobat Magiſter Aragon *de iuſtitia & iure, quæſtione. 62. in verſicul. ſed reſtat. pagina mihi 401. columna. 2. & quæſtione. 67. column. 1. verſ. quarto eſt aduertendum, pagin. 467. & ante eum Soto de iuſt. & iur. lib. 1. artic. 8. quæſtione. 7. ad fin. in verſicul. quod ſi ſciſcitẽris:* vbi quod in hac ſpecie, quando ratio legis ceſſat in particulari perſona, & caſu vim ſuam habet lex, antequam Princeps, vel conſuetudo illam abroget, idem voluit Salon *de iuſtit. & iur. quæſt. 5. de dominio, art. 4.* an per contractum imperfectum transferatur dominium, *columna. 497. in verſic. nunc ad argumenta*: Et late probat Mercad. *ſuper pragmatica taxæ panis, capit. 2. folio. 120. & cap. 7. ad fin. f. 141.*

Ad rem igitur. Cum ergo leges Regiæ taxantes iuſtum pretium frumento, & ſimilibus, reſpiciant bonum commune Reipublicæ, vt patet: & hoc non ceſſet tempore ſterilitatis, quamuis ceſſet in caſu particulari ingẽtis ſterilitatis, eo quod in agricolarum iniuriam, & grauamen videatur redundare: nihilominus tamen ceſſare non debet vis earundem legum obligandi ſubditos, cũ per raro eueniat ingens ſterilitas, & illa tantum noceat in particulari agricolis & proſit bono communi ceterorum, qui faciunt Rempublicam: Quod vero frequẽtius contingit, eſt ſterilitas ordinaria, in qua & ipſe Molina fatetur, iuſtam eſſe taxam panis. Ceterum ſi aliquãdo contingat ingens ſterilitas, idem profitendum eſt ex modo dictis, præſertim cum ea compenſari poſſit, & debeat cum alia non ingenti ſterilitate, in qua commodum reſultat agricolis ex taxa panis fere le. fructus colligentibus, vel mediocres.

Nec obſtat, ſi dicatur, quod ingens ſterilitas omnes tangat, & ideo videtur lex ceſſare in communi, non vero in particulari. Nam reſpondemus, quod re vera cum agricolarum ſit minor numerus in Republica, quam ceterorum hominum, vt patet, bonum commune verſatur in eo, quod frumenti pretium taxetur, ne maior pars Reipublicæ grauetur: quod ſi adhuc expediat pretium augeri, id auctoritate publica, non vero priuata fieri debet, *vt infra videbimus, & tam ſupra eſt dictum.*

Fit

23 Fit † igitur ex ſupradictis certa concluſio negatiua, quod ſubditi in conſcientia propria auctoritate non poſſunt, tempore etiam ingentis ſterilitatis, leges Regias taxantes pretia frumento, & aliis mercibus, transgredi, etiam ſi attento præſenti ſtatu, videantur iniuſtæ, ſed neceſſariam eſſe licentiam, & interpretationem Legiſlatoris.

24 Hæc † concluſio limitatur primo, quando periculũ eſſet ſubitaneum, ita quod moram conſulendi Principem non pateretur ex Doctrina Diui Thomæ *vbi ſupra*, generaliter loquentis, non vero in ſpecie noſtræ quæſtionis, in qua vix applicari poteſt. Fallit 2. eadem concluſio, quando præd. ll. vſu receptæ non fuiſſent vnquam, vel ſi fuerint receptæ, contraria tamen legitima conſuetudine fuerint ſublatæ, iuxta a nobis tradita *libro 1. canonic. quæſt. c. 8. n. 2 & 3.*

26 Tertio † videtur etiam limitanda, vt per Emanuel Rodriguez *in ſua ſumma 2 part. cap. 79. in quarta concluſione:* iuxta impreſſionem Salamantic. ann. 1594. vbi dicit: *Que en tiempo de hambre no obliga la taſſa de las dichas prematicas: porque ſi por neceſſidad del frio es licito hurtar, como lo reſuelue ſanto Tomas. 2. 2 quæſt. 66. articulo. 7. Y Soto libro. 1. de iuſtitia, & iur. quæſt. 6. artic. 4. pag. 83 Porque por la neceſſidad de la hambre, no ſera licito quebrantar las dichas leyes? Y ſi la ley Eccleſiaſtica no liga con peligro de muerte, porque obligara la ley meramente ſecular?*

26 Verum † hæc limitatio nimis generalis eſt, & quæ fere reincidit in opinionem Molinæ *vbi ſupra*, & vt procedere poſſit, reducẽda & reſtringenda eſt ad tempus extremæ neceſſitatis, alias non erit vera, nec tenenda, & hoc ex mente eiuſdem Emanuel Roderic. iuxta quotas, quas allegat. Verum oportebat ipſum hoc ſic reſtringere, & nuncupatim declarare, ne alias eius auctoritate, & verbis generalibus homines in malam, & auaritiam proni decipiantur. Ita patet ex D. Thom. *vbi*
27 *ſupra*, & ſequacib. Loquitur † enim expreſſe in titulo articuli in ea ſpecie: & præſertim in concluſione, dum inquit: *poteſt homo in extrema conſtitutus neceſſitate, ea, quæ aliis ſuperſunt, furto vel rapina accipere, abſq; alicuius furti reatu:* Et infra in reſponſione ibi: *ſi tamen adeo ſit euidens, & vrgens neceſſitas, vt manifeſtum ſit inſtanti neceſſitati de rebus occurrentibus eſſe ſubueniendum* (puta cum imminet perſonæ periculum, & aliter ſubueniri non poteſt) *tunc licite poteſt aliquis ex rebus alienis ſuæ neceſſitate ſubuenire, ſiue manifeſte, ſiue occulte ſublatis, nec hoc habet proprie rationem furti, vel rapinæ:* hæc ſunt verba Diui Thomæ, quæ conſonare videntur aliis eiuſdem auctoris ſupra adductis pro prima limitatione.

Supereſt nunc, vt fundamentis, & rationibus ſupra in contrarium adductis reſpondeamus.

28 Et † quidem non obeſt opinio Molinæ contraria in terminis pragmaticæ taxæ panis ea ratione, niſi quod præſumendum ſit, voluntatem Principis non eſſe, vt tanta ſuperueniente ſterilitate, lex, quę tempore abundantiæ lata erat, vim adhuc retineret: neque ſi id Princeps vellet, lex iam tunc eſſet rationabilis, ac iuſta, ac proinde in conſcientiæ foro non obligaret. Nam quoad primum, iam patet ſufficiens reſponſum, nempe præſumtionem præd. ceſſare in propoſito, ſiquidem intentio expreſſa Legiſlatoris fuit, vt tempore ingentis neceſſitatis taxa ſeruetur ob bonum commune, ne ob magnum exceſſum pretii frumenti Reſpublica præſertim pauperes fame premantur, ac pereant, imo præcipua intentio, & voluntas Principis in præd. pragmaticis fuit, pretio a ſe taxato huic tam grandi malo prouidere. Vnde hic in ſpecie ceſſat ratio Molinæ *vbi ſupra*, & Emanuel Rodrig. ſimilis aſſertio *in ſua ſumma. 1. tom. ca. mihi 180. En que caſos es ſu la ley de pecado mortal, concluſione. 3. ibi: Empero, &c. pag. 573.* Et dato quod præſumtio præd. non ceſſaret adhuc in noſtra ſpecie non eſt periculum in mora conſulendi Principem, vt legem ſuam interpretetur: quo caſu interim ſubditi tenentur obſeruare verba legis iuxta doctrinam Angelici Doctoris ſupra adductam, quam qui ſequuti fuerint non errabunt, qui vero contra eam tenuerint, aut fecerint in magno periculo conſtituentur. † Ad ſecundum, 26 ſcilicet, quod ſi id Princeps vellet, non eſſet iam tunc lex rationabilis, ac iuſta, reſpondemus contrarium, quia adhuc ob bonum commune facta fuit, quod bonum commune non ceſſat in præd. ſpecie, licet ceſſet in particulari caſu hoc, vel illo. Præterea conſidero, pragmatica taxæ panis non fuit lata ad tempus abundantiæ, vt Molina præſupponit, ſed imo ad tempus ſterilitatis panis, vt non ſemel prædiximus, & conſtat ex ea.

Nec † Nauarrus *in manual. dict. cap. 23. num. 88.* quem 30 Molina pro ſe citat, eius opinion. tenet, aut voluit, ſiquidem tantum profert hæc verba: *arbitror autem rariſſime ponendam eſſe hanc taxam, tum quia dat occaſionem vendendi corrupta fere inutilia eodem pretio, quo ſincera & vtiliſſima, tum quia ſuperueniente maxima neceſſitate tollitur omnino taxa, & illa non occurrente, parum eſt neceſſaria,* &c. Quia Nauar. his verbis non dixit, nec voluit dicere, quod ſuperueniente maxima neceſſitate, poſſint ſubditi in conſcientia pluris vendere frumentum, nec de hoc ibi agit, ſed de damnis, & inconuenientibus de facto prouenientibus ex præd. taxa, vt patet ex præcitatis verbis Nauarri, cuius intentio ſolum eſt, diſſuadere taxam ponere: ea vero poſita, nec vllum verbum, aut ſenſus Nauarri fuit, quod poſſit licite tranſgredi ſuperueniente maxima neceſſitate abſque conſultatione, & licentia præuia Legiſlatoris. Nec eſt præſumendum, tale quid ſenſiſſe contra doctrinam generalem prædictam Diui Thomæ, cuius ipſe præcipuus inter alios ſectator eſt, nec vllam rationem, aut fundamentum adduxit, ex quo præſumi poſſit id voluiſſe.

Nec † etiam Medina in locis a Molina citatis nobis 31 nocet in hac re: ſiquidem dicta *quæſtione 56. ad ſecundum*, potius pro nobis facit, dum dicit, *quod vbi taxatio per publicam poteſtatem (vti in caſu noſtro) facta eſt, credendum eſt, omnia illa per taxatores eſſe perſpecta ſimiliter, & tempus per quod conueniat præfatam taxam ſeruari, infra quod non erit ita venditoribus liberum, in pretio aſcendere, etiam ſi ſint præfatæ circumſtantiæ variatæ: maxime quod quando præfata pragmatica fiebat, hanc etiam circumſtantiarum varietatem futuram Senatus ipſe conſiderauit, & ita maturo conſilio pragmaticam iuſte, ac prudenter ad certum tempus feciſſe credendum eſt:* hæc ſunt verba Metymnæ *vbi ſupra*. Ex quibus non poteſt aliquid decerpi contra noſtram ſententiam, ſed imo eam probare clare videtur. Quod ſi dixeris ex illis verbis: etiam ſi aliquantulum ſint præfatæ circumſtantiæ variatæ, a contrario ſenſu voluiſſe contrarium, nempe cum multum fuerint circumſtantiæ variatæ. Reſpondemus, non licere in dictis Doctorum ſumere argumentum a contrario ſenſu, quando is contrarius ſenſus iure non probatur, & præcipue quando reſultaret ex eo abſonus intellectus, prout in propoſito reſultaret, ſi diceremus, quod nullo dato ſubitaneo periculo, aut extrema neceſſitate ſubditi iudicare poſſent contra legem ſuperioris in cauſſa propria: Et præterea lex iuſta non eſt ſtatim infringenda auctoritate propria, eo, quod vno, vel altero anno ingens ſterilitas contingat, cum tamen plurimis annis præcedentibus vtilis, & proficua fuerit, & erit in futurum, annuente Deo, quouſque appareat ſufficienter Principi ex numeroſa annorum ſterilitate ingenti Reipublicæ conuenire eam immutare, pretiumque augeri.

Non † obſtat, ſimiliter opinio eiuſdem Metymnæ 32